heroico plures numeri tranſfigurant̃ :oſtēdā:ac primus trimetrus fit heroicus
Spondaicō.Ciues romani tūc facti ſūt cāpāi.Syllabā unā q̄ ē extrema ex lōga
cōtrahe ut ciues romani tūc facti apuli.Et eē cæpit trimetron. elegiacū trāſibit.
Bella pemathios. rurſus ad pentametros:ut cōponā heroicos ſummo partem

Tetrame/
tros quadra/
tus

Circuitus
magiſ q̄ uer
ſus.

Angelicus

Saturnius
numerus
Diomedes
aliter.
Priapeius.

Dactylicus.

poſteriorem. Dũ meus aſſiduo luceat igne focus. & compono / luceat igne focus
Faleutium troiæ qui primus ab oris. Faleutium numerum qui eſt. altis flumina uallibꝯ tu-
meſcunt. Inſertis uerbis facio heroicum. Altis flumina prodita uallibus inde tu
meſcunt. Ionicus eſt. Metuentis patriæ uerbera linguæ: adiiciam trinas uer-
bis ſingulis ſyllabas: nunc metuentis nunc patriæ nunc uerbera linguæ.
Verto Italiam fato profugus lauinaque cæpit. Ariſtophanius fit heroico.
Arma uirumq; cano troiæ qui primus ab oris. Numerus ãgelicum ſyllaba bre-
uiata eſſe monſtraui heroicum. Item priapeium ſi ſyllabam ſurripias fieri he-
roicum. τέλοσ

F I N I S.

CEBETIS THEBANI TABVLA: E GRAECO IN LATINVM CONVERSA PER LVDOVICVM ODAXIVM PATAVINVM.

ASV EVENERAT: VT IN SATVR-
ni ſacello deambularemus: Vbi cum pleraſq; alias obla
tiones:tum tabulam quãdam pro templo poſitam intue
bamur:in qua pictura quædã erat peregrina: Et quæ pe
culiares fabulas cõtineret. Quas conijcerẽ nõ poteramus
quænam & quales eẽnt. Neq;.n.ciuitas/neq; uallum/pi
ctura illa nobis eſſe uidebatur. Cæteꝝ muri ambitus erat
q̃ duos alios ãbitus ãplectabat̃:alteꝝ maiorẽ:minorẽ alteꝝ. Porta ẽt erat in pri
mo ambitu:ubi nobis turba ingẽs inſiſtere uidebat̃. Intra uero ambitũ multi-
tudo quædã mulieꝝ uiſebat̃. Primi aũt ueſtibuli & ãbitus ĩgreſſum ſenex qdã
occupabat.q turbæ ingrediẽti q̃ſi impare aliqd uidebat̃.cuius fabulæ rõnẽ no-
bis inuicẽ addubitantibꝰ qdã natu grãdior aſſiſtens/ nequaq̃ inqt hoſpites ab-
ſurde facitis:qui de pictura hac addubiteris. Non multi.n. indigenæ qd huius
fabulæ rõ ualeat:intelligũt. Quippe quã nõ ciuis ſed peregrinus qdã dedicarit
q huc iãpridẽ aduenerat:uir & magna prudẽtia & ſapiẽtia p̄ditus:q cũ ſermo-
ne:tũ ope quãdã Pythagoræ aut parmenidis uitã fuerat emulatus. Iis utiq; ſa-
cellum & picturã hanc Saturno cõſecrauit. Vtꝝ igit̃ inquã ego noſti ẽt uirum
ipſum? quẽ uidiſti. Immo inqt eum multo tp̄e ſum admiratus: ſiqdẽ adoleſcẽs
adhuc & cõplura ſtudioſe diſputabat. Et ego huiuſce fabulæ rõnẽ ex eo diſſerẽ
te ſæpius audierã. Per Iouẽ inquã ego niſi quæpiã maior occupatio te detinet:
expone nobis. Audire.n.magnop̄e cõcupiſcimus:qdnã hoc fabulæ ſit. Perlibẽ
ter o hoſpites inqt. Atq hoc prius admonẽdi eſtis:p̄iculi qppiã ineſſe huic expo
ſitioni:quodnã inquã ego:quoniã inqt:ſi quæ dicũt̃:attẽdetis:ĩtelligetiſq; pru
dẽtes atq; fœlices euadetis: Si minus/inſipiẽtiã:ĩfortuniũ:calamitatẽ:atq; igno
rãtiã cõſecuti:male uitã degetis. Hæc.n.expoſitio ſphingis ænigmati:quod il-
la hoïbꝰ præponat:p̄ſimilis ẽ. Nã qcunq; ipſum intellexerat:ſalutẽ:q nõ ĩtelle-
xerat:exitiũ conſequebat̃. Eadẽ ẽ huius enarratiõis cõditio. Sphinx ẽ.n.homi Enigma
nibꝰ ipſa inſipiẽtia. Hæc aũt præponit:qd bonũ:qd malũ: qd neq; bonũ/ neq; ſpingos.
malũ/in uita ſit. Quæ ſi qs minus intellexerit:ab ea interimit̃.neq; id ſemel ſi
cut is q depaſtus/a ſphinge moriebat̃. Sed ꝑ oẽm uitã paulatĩ abſumit̃:quẽad
modũ hii q ꝑpetuis ſuppliciis addicti ſunt. Contra uero ſi qs agnouerit: occiſa
demum inſipientia ſalutẽ ipſe conſequit̃. Et beatus fœlixq; ꝑ omnẽ uitã eua-
dit. Quãobrẽ uos attendite:ac diligenter audite. O Hercules q̃ magnũ nos in
deſideriũ cõiecisti:ſi hæc ita ſe hñt. Atq ita ſe hñt inqt. Nequaq̃ igit̃ nos orõ tua
præueniet/ſi qdẽ nobis attẽte audituris.nõ ab re p̄ciũ huiuſmodi p̄ponit̃. Sum
pta itaq; uirga quadã & ad picturam ducta/uidetis ne inquit ambitum hunc? τόποσ οὖ-
Videmus. hoc imprimis aïaduertere uos oportet:locum.ſ.iſtum uitam uocari. τοσ βίοσ.

Turba porro illa ingens/quæ portæ inſiſtit.hii ſunt omnes in uitam aliquãdo
ingreſſuri.Senex aũt ille ſuperior:qui manu altera paginam quandã tenet. Al
γέρων δαί tera neſcio quid demonſtrat:Genius appellatur:hic imperat:introeuntibus:qd
μων. eos agere oporteat:ut ad uitam ingrediantᷣ:& qualem uiam perecturi ſint:oſtẽ
dit.ut ſalutem in uita conſequantur.Qualem igitur eos iubet uitam carpere?
aut quo pacto inquã ego.Vides ne inquit iuxta portam ſolium quoddam eo
loco cõſtitutũ:ubi turba ingreditᷣ.in quo ſedet ſuauibꝫ moribꝫ & formoſa indo
απατη κα le mulier:quæ poculum manu tenet.uideo:ſed quæ nam hæc eſt: Suadela in-
λειται. quit uocatur.Quæ mortales omnes ſeducit.Quid tum poſtea hæc agit. Ingre
dientes ad uitam quoad per eam fieri poteſt/bibeꝛe compellit.Quæ nam ue-
ro hæc eſt potio?Error inquit atq; ignorantia.Quid tum poſtea?ubi hanc ebi-
πλανη και berunt uitam ingrediuntur:nunquid omnes eum errorem bibunt?necne?om-
αγνοια nes inquit bibunt:ſed plus alii:alii minus.Non uides præterea intra portã mu
lierum meretricum multitudinem quandam diuerſos aſpectus mulufarioſq;
δοξαι præferentium.Video.iſtæ igitur opiniones & concupiſcentiæ & uoluptates uo
επιθυμιαι. cantur.Quæ turba ingrediente ſtatim proſiliunt.& unũquẽq; amplectuntur.
ηδοναι ac deinde abducunt.Et quonam eos abducunt?Aliæ inquit ut ſaluent: Aliæ ut
ω δαιμονιε per deceptionem interimant.O inquam admirandus uir q̃ acerbam ac triſtem
potionem dicis.Atq omnes inquit optima pollicentur:ſeq; eos ad fœlicem atq;
conducibilem uitam eẽ perducturas.Illi uero per ignoranriam & errorem:quẽ
ab ipſa ſuadela combiberunt:quænam uera uia ſit:in uita non inueniunt.Sed
inconſulto errant:ut uidere licet ex hiis:qui prius ingredientes eo circũuagantᷣ
quo ipſæ commoſtrauerint. Video inquam hoc.ſed mulier illa quænam eſt?
quæ ueluti cæca atq; inſana ſuper lapide quodam rotundo conſiſtere uidetur.
τύχη τυ- Fortuna inquit uocatur. Ea uero nõ ſolum cæca ſed inſana etiam & ſurda eſt.
φλὴκαι κω Quæ nam huius ſunt partes.obambulat inquit quocunq; gentium:& aliis q-
φή. dem facultates eripit:aliis tradit.Ab eiſdemq; rurſus aufert illico/quæ tradide-
rat:atq; aliis temere inſtabiliterq; cõcedit.Quapropter ex eo argumento ipſius
ingenium facile indicatur..Quale nam hoc eſt inquam ego?quoniam in rotũ
do lapide conſiſtit.quid tunc ex re ſignificatur?quod parum certa atq; inſtabi-
lia ſunt illius munera.Calamitates enim magnæ ac difficiles oriuntur:ubi quis
in ea fidem collocarit.Turba uero hæc ingens:quæ eã circũſtat: qd ſibi uult. &
απροβου qnam uocantᷣ.uocantur hii quidẽ inconſulti:quoꝝ nemo non petit:quæ proii-
λευτοι. ciat:ac dilapidet.Cur uero aſpectu haud quaq̃ ſimili ſunt?ſed eoꝝ alii gaudere:
Alii ſublatis manibus triſtari uidentᷣ.Quicunq; inquit eoꝝ gaudere ac ridere
αγαθη uidentᷣ.Hi ſunt:q/a fortuna quippiã acceperũt.a quibꝫ etiam bona fortuna nũ
τυχη cupatur.Qui uero flere:ac manus manus protendere uidentur:Hi ſunt: a qbꝫ
κακη τυχη abſtulit.quæ tradiderat/antea.A quibus fortuna mala nominatur.Et quænam
ſunt:quæ illis elargitur:per quæ tantopere cum accipiunt:lætãtur.quom amit-
tunt:lugent:hæc inquit ea ſunt:quæ/a pleriſq; hominibus bona exiſtimantur.

Et quænam ſunt ea? Diuitiæ.ſ.& gloria:& nobilitas & liberi:& tyrãnides: & re ſortunæ bona
gna/& alia quæcunq; id genus. Hæc autem nunquid bona nõ ſunt? De hiis in
quit alias diſputabimus. Nunc circa fabulæ narrationem uerſemur. ita inquit
ſit. Vides igitur ubi portam hanc præterieris/ambitum alterum ſuperiorẽ: mu
lieresq; extra ambitum collocatas meretricio ornatu ĩſignes. & ualde inquam.
Ex hiis hæc incontinentia:hæc luxuria:hæc auaritia:hæc aſſentatio nuncupatᷣ. ακρασια
Quid hic potiſſimum aſtant? Eos inquit obſeruant:qui a/fortuna quippiã ac/ ασωτεια
ceperunt. Quid tum deinde? exiliunt atq; amplexantur eos:& adulantur:& ut απληστια
penes maneant:obteſtantur.uitam iucũdam/atq; labore omni & incõmodo ua κολακεια
cuam/illis affore promittentes. Si quis itaq; perſuaſus earum blandiciis eo ſe
contulerit:tantiſper illi ſuauis uidetur ea conuerſatio:quoad hominem titilla/
uerit:deliniueritq;.poſtea ſecus: Vbi enim reſipiſcere cæperit. Tum demum ab
ea ſe non tam oblectatum:q̃ abſumptum & cõtumeliis affectũ intelligit. Quo
fit.ut cum omnia ꝑdegerit:quæ a/fortuna fuerat conſecutus:tũc illis mulieribꝫ
inſeruire atq; inhoneſta omnia ſuſtinere:& turpia quæq; ac pernitioſa illarum
gratia cogatur admittere. Veluti furtum:ſacrilegium:periurium:proditionem
depredatiõem/& quæcunq; hiis ſimilia. Vbi uero eos defecerint: punitioni ad
dicuntur. Et quænam hæc eſt? Vides ne retro eas quandam ueluti beſtiolam:lo Græcus co
cumq; pariter anguſtum & tenebroſum. Vbi etiam turpes ac ſordidæ panno/ dex habet
ſæq; mulieres uerſari uidentur? Et ualde inquam: Ex his igitur inquit quæ fla/ θυρίον μι/
gellum tenet punitio nuncupatur. Quæ caput intra genua habet:triſtitia. Qui κρὸν quod ſi
uero capillos ſuos euellit:dolor. Hic alius uero qui deformitatem: macilẽtiam: gnificat ho/
& nuditatem præferens iuxta eas accubat.ac deinde ſimilis illi turpis & macilẽ ſtiolũ.ſi uero
ta quædam:quinam ſunt? Hunc ſane inquit luctum appellant.illa uero ipſius μικρὸν θηρί
ſororem mœſtitiam.his itaq; traditur:& eorum contubernio cruciatur. poſt de ον recte ẽ.be
nuo in aliud infœlicitatis domicilium truditur.atq; reliquam uitam ĩ omni mi ſtiola: lector
ſeria traducit:niſi forte illi pœnitentia obuiam prodierit. Quid tum poſtea cõ penſita.
tingit? ſi pænitentia illi obuiã fuerit eripit eũ ex infortuniis:& alterã illi opinio τιμωρια
nem alterũq; deſideriũ imprimit.p quod ad uerã diſciplinã ꝑducitᷣ.& ad eam λυπη
quæ falſa diſciplina nuncupatᷣ. Quid tũ poſtea? ſi inqt eã opinionẽ ſuſcepit.q̃ οδυνη
ad uerã diſciplinã ꝓuehat.ab ea mundatus:expiatuſq; ſalutẽ:beatitudinẽ:fœli οδυρμος
citatẽ in uniuerſa uita lucratuꝝ. Si ſecus denuo.a/falſa illa opiniõe ſeducitᷣ. O αθυμια
Hercules q̃ magnũ ẽ hoc aliud diſcrimen? Hæc aũt inquã ego:falſa diſciplina μεταμοια
quænã ẽ. Vides ne alterũ illũ ambitũ. Video inquã ego:atq extra ambitũ in ue
ſtibulo mulier quædã aſiſtit.quæ mũditiã cõſtãtiãq; nõ mediocrẽ ꝓtendit. Ap/
prime inquã. Hanc igitᷣ inqt pleriq; hoĩes & uulgus uocãt diſciplinã. Cũ falſa
potius diſciplina ſit. Huc ſane prius applicãt q ſalui fiunt. Vbi ad uerã diſcipli
nam ꝑuenire uoluerint. Nunqd alius ad uerã diſciplinã aditus nõ patet. Patet
inqt. Hi uero intra ambitũ declinantes:quinã ſunt hoĩes? Falſæ inqt diſciplinæ ψευδοπαι
ſunt amatores decepti:ſeq; opinãtes ueræ diſciplinæ cõtubernio frui. Et qnã uo δεια

cantur hii? Alii inquit poetæ : alii oratores:alii dialetici:alii muſici: alii arith-
Amatores metici:alii geometræ:alii aſtrologi:alii uoluptuarii:alii ꝑipatetici:alii critici . &
falſæ diſci/ q̃cunq; eiuſmodi ſunt.Illæ aũt mulieres quæ uidentᷣ circũcurrere prioribꝫ illis
plinæ ſimiles:in q̃bus incõtinentiã:& reliq̃s una eẽ affirmabas:quænã ſunt? illæ ipſæ
ſunt inq̃t.Nũquid ẽt huc ingrediuntᷣ.ita ꝑ iouem in hiis ſimulq; ẽt inſipiẽtia:
neq; ab opinione ac reliq̃s malis euadẽt:priuſ q̃ repudiata falſa diſciplina/ uera
cem uiã ingreſſi fuerint:& purgatoriã eoꝝ uirtutẽ admiſerint.& mala oĩa : q̃bꝫ
inuoluuntᷣ :& opiniões & ignorantiã/ & reliquã oẽm prauitatẽ ſequeſtrauerĩt:
tum demũ ita ſalui:& ĩcolumes erũt . Neq; ullo unq̃ falſæ diſciplinæ cõmertio
labefactari poterunt:neq; hoꝝ ſtudioꝝ gr̃a mali q̃ppiã adipiſcentᷣ.Et quænam
οδοσ αλη/ hæc ẽ uia? quæ ad uerã diſciplinã ferat. Vides inq̃t locũ illũ ſupiorẽ:ubi nullus
θινησ παι inhabitat:Sed ſolitudo ingẽs eſſe uidetᷣ? Video:p̃terea ianuã quãdã puſillã:an
δειασ te quã uia q̃dam ẽ:quæ nõ multũ admodũ frequẽtatᷣ . Quippe quã pauci ad-
modũ terũt.ꝙ accliuis & aſpera:& ſaxoſa uideatᷣ.& ualde inquã.Collis p̃terea
q̃dã excelſus apparet:ad eũq; anguſtus admodũ aſcẽſus.& q multa profunda
hinc inde p̄cipitia offerat. Video.hæc igitᷣ inq̃t uia ẽ:quæ ad uerã diſciplinã du
cit.Aſpectu ĩprimis formidoloſa.Porro circa collis ſupiorẽ ptem:ſaxũ ingẽs &
p̄altum uſq;quaq; p̄ruptũ uides? Vdeo inquã. Vides p̃terea mulieres duas ſu-
pra ſaxũ cõſtitutas/pulchritudĩe atq; habitudine corporis excellẽtes : ac manus
εγκρατεια ꝑ quã alacriter ꝓtendẽtes? Video:ſed quænã inquã uocantᷣ? Altera inq̃t cõtinẽ
καρτερια tia/altera cõſtantia nũcupatᷣ .Sunt aũt germanæ:cur nã igitᷣ manus tã alacriter
ꝓtendũt? Hortantᷣ inquit eos q ad id loci ueniũt:ut bono aĩo atq; ĩtrepido ſint
admonẽtq; paululũ q̃ppiã adhuc eẽ tolerãdũ.Se.n.eos paulopoſt ad pulcher
rimã uiã ꝑducturas. Vbi uero ad ſaxũ ꝑuenerĩt/quonã mõ aſcendũt? nullã.n.
eo ferentẽ uiam aĩaduerto.Ipſæ a/p̄cipitio illo deſcẽdũt:eoſq; ſurſum ad ſe tra
hunt.Deinde recreari & q̃eſcere iubẽt.ac paulopoſt fortitudinẽ: audaciãq; con
tribuũt.eoſq; ad uerã diſciplinã deducere ſe ꝓfitentᷣ.& uiã oſtẽdũt:q̃ ſit elegãs
q̃ plana:q̃ ꝑuia/q̃ nullis malis obnoxia:ut uides.ita ꝑ Iouẽ uidetᷣ . Videſne inq̃t
ante illud nemus locũ quẽdã q pulchritudinẽ amœnitatẽq; pratoꝝ p̄fert.mul-
toq; lumine illuſtratᷣ? Et ualde inquã. Aĩaduertis igitᷣ ĩ prati meditullio ambitũ
ευδαιμο/ aliũ/& portã aliã.ita ſane:ſed quonã pacto locus hic nũcupatᷣ? Fortunatoꝝ in-
νων οικητη quit domiciliũ.hic.n.uirtutes oẽs & fœlicitas ĩpa uerſatᷣ. Eſto/inquã ego.eã eẽ
ριον loci pulchritudinẽ.Quin inq̃t aſpicis:ꝓpe portã q̃ formoſa/& cõſtãtiꝰ facie mu
lier exiſtat:mediã indiſcretã iã ætatẽ.habitũ uero & ornatũ ſimplicẽ p̄ſeferens.
παιδεια Eaq; nõ in rotundo ſed ĩ quadrato lapide ſecura & munita cõſiſtit.Duæ p̃terea
αληθεια aliæ:q̃s tanq̃ filias una ſecũ hr̃e uidetᷣ :ita ꝓrſus appet.Haꝝ igitᷣ quæ mediũ lo
πειθω cũ tenet:diſciplina ẽ:eã ueritas & ꝑſuaſio comitatᷣ.Cur ãt hæc q̃drato lapidi po
θαρσοσ tiſſimũ inſiſtit? Ex eo inq̃t arguitᷣ .ꝙ ad eã ꝑuenientes ſecuro & certo tramite ꝓ
αφοβια ficiſcuntᷣ.Donationeſq; traditas tuto ſuſcipiũt.Et quænã illis ab ea dono dan-
επιστημη tur? Confidentia inquit atq; aĩus impterritus.hæc uero alia quænã ſunt: ſciẽtia

inqt:ꝑ quã graue nihil ĩ uita ppeti/unq̃ poſſe ſe ĩtelligũt.Q uã pclara ĩquã Her
cule munera.Sed q̃obrẽ extra ambitũ ita morat̃?V t inqt aduenĩetes/ excipiat
accurate.ac uim illã purgatoriã ĩſtillet.purgatoſq; ac prorſus emendatos ita eos
ad uirtutes introducat:quonã pacto/inq̃ ego:nõ.n.intelligo.At ĩtelliges ĩquit:
quẽadmodũ ſi qs grauiter ægrotãs medicũ accerſiuerit.purgatoriis ſtatim me/ καθαρτικα
dicamẽtis oẽs ægritudinis cãs eximere conat̃.Atq; ita demũ a/medico repatus
ĩ ſanitatẽ r̃ſtituit̃. Q ui/ſi medici p̃ceptis minus obtẽpauerit merito r̃pudiatus
ab ea ægritudĩe cõficit̃.Hæc ĩtelligo ĩquã ego:eodẽ itaq; pacto ubi qs ad diſci
plinã ꝑuenerit:ꝓbe curat̃:& uirtute illius irrorat̃.V t q̃primũ mala oĩa expur/
get:eiiciatq; qb⁹ aduenĩes ĩplicabat̃.Q uænã hæc?Ignorantiã:errorẽ:quẽ apđ
Suadelã ebiberat.Arrogãtiã:cõcupiſcẽtiã:ĩtempantiã:furorẽ:auaritiã: & reliq̃
oĩa:qb⁹ in prĩo ambitu fuerat repletus.V bi uero ſatis emundatus fuerit:quonã
eũ mittit?intro inqt ad ſcĩam:aliaſq; uirtutes.Q uaſnã & q̃les? V ides ne intra
portã cœtũ mulieꝝ q̃ bone ĩdolis atq; ĩſtitutiõis uident̃:q̃ ĩculto ac ſimplici ha
bitu p̃ditæ:nihil ĩ ſe aut fictũ/aut accuratius ornatũ more aliaꝝ p̃tendentes. ui/ επιστημη
deo ĩquã.Sed q̃nã hæ uocant̃.Prima inqt ſcĩa nũcupat̃.Aliæ uero huius ger/ ανδρεια
manæ ſunt:fortitudo:iuſtitia:ꝓbitas:tempantia:modeſtia:libertas : cõtinẽtia: δικαιοσυνη
Manſuetudo:heus ĩquã optime ergo/q̃ magna ĩ ſpe ſumus.Modo inqt ĩtelliga σωφροσυνη,
tis:& quæ auditis:ſtudioſe ꝑcipiatis.Atq inquã ego accurate ac diligẽter atten
demus.Salui igr̃ inqt eritis.V bi ergo eũ ip̃æ ſuſcepint.quonã adducũt?Ad ma
trẽ ĩquit.Ea uero quænã ẽ?Fœlicitas ĩquit.Cuiuſmodi ãt hæc ẽ?V ides ne uiam ευδαιμοι
illã ad ſublimẽ illũ uerticẽ ferentẽ.Q uẽ oẽs ãbitus ueluti arcẽ ſuã ãplectunt̃. μια
V ideo mulier p̃cellẽs ĩ ueſtibulo cõſtituta ſup ſoliũ excelſũ ſedet cultu ñ tã cu/
rioſo q̃ liberali:Corona florẽtiſſima eleganter admodũ capiti ĩpoſita. Ita ꝓſus
uidet̃:hæc igit̃ ĩquit ẽ fœlicitas?ubi igr̃ ad eã quippiã acceſſerit:quid reꝝ gerit?
Ipſa inqt fœlicitas cũ potẽtiæ ſuæ corona circũdat.Itidẽ reliquæ oẽs uirtutes.ꝑ/
inde ac maximoꝝ certaminũ uictores coronari ſolent.Et quænã ĩquã ego certa
mina deuicit.Maxĩa inqt:& maxĩa ẽt monſtra.q̃ prius ip̃m abſumebãt:afflige
bant.atq; ĩ ſeruitutẽ redigebãt.Oĩa hæc deuicit.ac lõge/a/ſe ſequeſtrauit. Seq;
ip̃m adeo ſupauit.ut huic illa nũc ſeruiãt.Q uib⁹ ip̃e antea ĩ ſeruitutẽ redactus
fuerat.Q uænã hæc mõſtra dicis?audire.n.admodũ cupio.Imprimis inqt igno
rãtiã & errorẽ.An tibi mõſtra hæc eẽ ñ uidẽt̃?T etra & laborioſa ĩquã ego. De/ θηρια
inde triſtitiã:luctũ:& auariciã & ĩcõtinẽtiã:& reliquam oẽm ĩprobitatẽ. His oĩ αγνοια
bus nõ ut antea paret:ſed ĩperat.O p̃clara ĩquam ego facĩora:& pulcherrimam πλανοσ
uictoriam.Illud aũt mihi ẽt expone?cuiuſmodi ſit eius potẽtia.qua eũ coronari
dixiſti?Beatifica inqt o/adoleſcẽs:qui.n.fuerit ea potẽtia coronatus:et fœlix &
beatus euadit.neq; alibi q̃ in ſe ip̃o ſpẽ fœlicitatis reponit. Q uã p̃clarã uictori ελπιδεσ
am dicis.Cæteꝝ coronatus quid agit:aut quo uadit? Suſcipiẽtes eũ uirtutes ad ευδαιμο/
id loci ducũt:unde primũ aduenerat.eiq; cõmoſtrãt ſtudia ĩproboꝝ:q̃ male de μιασ.
gant:& miſeræ uiuant:quanta ĩ uita naufragia patiant̃:q̃tũ aberrant : quã uelu

ti hoſtiũ captiuitatẽ pferant. Alii icõtinẽtiæ. Alii arrogãtiæ. Alii auariciæ. Alii inani gloriæ: Alii aliis malis iſeruiẽtes: p q̃ a calamitatibꝫ: qbꝫ irretiti ſũt: exoluere ſe nequeũt. ut ſaluent᷑: & eo pueniãt. Sed i oĩ uita pturbant᷑. atq; hoc ppetiunt᷑: ꝙ huiuſmodi uiã iuenire nõ pñt. Mãdatũ. n. a Genio ac numine ſuo traditum oblíuiõi mandauerunt. Recte inquam dicere mihi uideris. tametſi hoc etiam inſuper ambigo. Cur nam ei uirtutes locum illum commõſtrent? Vnde prius aduenerat: nihil certi nouerat: neq; ullam eorum: quæ ibi agerentur: ſciẽtiam tenebat: ſed ignorantiã atq; errorẽ: quẽ ebiberat: ambiguus: quæ bona ñ erant: bona: quæ mala ñ fuerant: mala exiſtimabat. Quo circa male ẽt uiuebat: ſicut alii pleriq; ibi diuerſantes. Nunc uero pcepta utiliũ & cõducibiliũ reꝝ ſcia & ipẽ optimã uitã traducit. Et eos q peſſime agũt: cõtẽplat᷑. Vbi igit᷑ oĩa fuerit

κωρύκιον ἄντρον.

cõtẽplatus quid agit: aut quo tendit? Quo iquit ei collibitũ fuerit. Vbi. n. eũ ſecuritas hẽt pinde ac antrũ corytiũ poſſideret: & quocũq; puenerit: ibi tutiſſimus rectã uiuẽdi rõnẽ aſſequit᷑: oẽs. n. eũ tãq̃ ægroti medicũ libẽter & gratãter excipiẽt. Nũquid igr̃ illas mulieres: quæ mõſtra abs te dicebant᷑: ãplius ñ ueret᷑: ne quid ab eis detrimẽti patiat᷑. Nihil penitus: qui neq; dolor᷑: neq; triſtitia: neq; itempantia: neq; auaritia: neq; pauptate: neq; ullo alio icõmodo uexet᷑. Oĩbꝫ. n.

ἐχιόδηκτοι. Morſi a uipera tuti a feris.

iperat: ac pẽſt: a quibꝫ antea pmebat᷑: eoꝝ iſtar: qui a uipa morſi aliqñ fuerint. Feræ. n. quæ aliis oĩbꝫ pnitiẽ ac mortẽ afferũt: illis dũtaxat inocuæ ſũt: qđ eam uim ueneno cõtrariã poſſidẽt. Ita ne huic quidẽ quippiã nocet: quia uirtutẽ uitiis ac malis oppoſitã uelut Antipharmacũ natus eſt? Recte dicer᷑ mihi uideris

Antipharmacum.

ſed hæc ẽt inſup expone: qnam ſunt illi: q illic a colle aduenire uident᷑: quorũ alii coronati lætíciã quãdã p ſe ferunt. Alii icoronati deſpatiõe reꝝ tibias & capita lacerare uident᷑. Cũ alioqn a qbuſdã mulieribꝫ detineant᷑. Coronati ſunt inqt q ſoſpites ad diſciplinã puenerũt: eamq; cõſecuti ſũmope lætant᷑. Incoronati uero alii deſpatione a diſciplina reuertũt᷑: male ac miſere degẽtes. Alii metu pculſi ac pterriti atq; ad cõſtãtiã refugiẽtes rurſus errãt: & p uias iuias uagãtur. Quæ uero mulieres eũ ſequnt᷑: qnã ſũt? Triſtitiæ inqt: & moleſtiæ: & anxietates & ignominiæ & ignorãtiæ. Oĩa igit᷑ eos mala ſequnt᷑. Oĩa inqt p Iouẽ ſubſequnt᷑: ubi uero in primũ ãbitũ ad uoluptatẽ & icõtinentiã puenerit: neq̃q̃ ſe ipos accuſant: ſed & ſtatim diſciplinã & ſectatores illius maledictis iceſſunt. Adeo miſeri & calamitoſi & ifœlices hi ſunt. q ab eaꝝ contubernio defecerunt.

ἀσωτία

Male. n. uiuũt: & nullis eaꝝ bonis pfruunt᷑. Et quæ ẽt bona autumãt? Luxuriã & ut breui cõplectar itẽperãtiã. Couiuari. n. & pecudũ more ſcortari maximoꝝ bonoꝝ fruitionẽ eẽ arbitrant᷑. Aliæ uero mulieres: quæ illinc cũ riſu & hylarita

δόξαι

te adueniũt. quænã uocãt᷑? Opiniões inqt eos ad diſciplinã ducẽtes. q uirtutes ingrediũt᷑. De uia. n. deflectũt aliq̃tiſper ut alios adducãt: admoneãtq; illos eẽ fœlicitatẽ iã cõſecutos: quos iãpridẽ adduxerãt. Vtꝝ igit᷑ inq̃ ego ipæ intus ad uirtutes igrediunt᷑. Nequaq̃ inqt: opioni. n. ad ſciam itroire nõ licet. Sed diſciplinæ dũtaxat eos tradũt. Quibꝫ a diſciplia ſuſceptis ipæ poſt hac denuo alios

adductura reuertūt̄:eaꝝ īſtar nauiū:quæ depoſitis oneribꝫ denuo reuertūt̄: ut
aliis mercibꝫ īpleant̄. Hæc ſane inq̄ mihi recte uideris diſſeruiſſe. Illud aūt no/
bis nōdū patefeciſti. Q uidnā Genius uitā īgreſſuris īperet faciēdū? Bono inqt
& cōſtāti aīo eē: quapp uos ēt cōfidite. Oīa.n.ediſſertabo.nihilq; ꝑtermittā: re/
cte inq̄ ego loqris: Protēſa itaq; iteꝝ manu/aſpicite inqt mulierē illā: q̄ cæca eē:
& rotūdo lapide īſiſter̄ uidet̄. Q uā pauloāte nūcupari fortunā aſſerui. A ſpici
mus. Huic inqt īperat: nō eē credendū: nec qc̄q̄ aut ſtabile aut ſecuꝝ/aut ꝓpriū
exiſtimādū. Q uod ab ea ſuſcepit. Nihil.n.ꝓhibet: qn oīa hæc auferat. atq; alte
ri tribuat. Q uippe q̄ ſæpius id ager̄ cōſueuerit. Q uapp illius ēt munera pui eē
pēdēda denūciat. neq; gaudēdū. ubi dederit: neq; dolēdū: ubi abſtulerit. Eāq;
poſtremo neq; uitupandā neq; laudādā. Nihil.n.cū rōne: ſed temer̄ oīa facit: ac
fortuito. ut ātea uobis expoſui. Q uo circa Genius ille īpat: ut nulla eius faciora
demiremur. neue malos numularios imitemur. Illi.n. ubi argētū ab hoībꝫ acce
perīt: gaudēt. & ſuū eē arbitrāt̄. V bi uero repetit̄: moleſte ferūt: & peſſime ſecū
actū putāt. neq; meminerūt ea ſe cōditiōe depoſitū ſuſcepiſſe: ꝑ quā liceret ei: q
depoſuerat: iteꝝ recipe. Eādē itaq; ī illius muneribꝫ habēdā eē rōnē Genius īpe
rat: recordādūq; eiuſmōi īgeniū eē fortūæ: ut q̄ dedit auferat. ſtatīq; multiplicia
rurſus accumulet. Aliqn̄ āt n̄ his mō q̄ dederat: ſed his ēt: q̄ prius extabāt: facul/
tatibꝫ ſpoliet. quæcūq; igr̄ dederit: ſuſcipe iubet. atq; ita ad ſtabilē ſecurāq; mu
nificētiā diuerti. Q ualē hāc inq̄ ego. quā a diſciplīa ſuſcipiēt. Si ſalutē ibi fue/
rint cōſecuti. Hæc ergo q̄nā ē? V era inqt ſcīa/utiliū reꝝ: ſecuraq; & ſtabilis & ī/
mutabilis munificētia. Q uo circa ſtatī ad hanc cōfugere iubet. Cū uero ad illas
mulieres acceſſerint: q̄s ātea dixi uoluptatē & īcōtinētiā nūcupari: Illinc quoq;
actutū eē diſcedēdū īpat. ac ne his qdē fidē eē adhibēdā. Q uoad ad falſā diſci
plinā ꝑuenerit. Ibi igr̄ aliq̄tiſp īmorari: & qcqd libuerit: ab ea tāq̄ uiaticū accipe
iubet. Ac demū poſtea illinc abſceder̄. rectaq; ad uerā diſciplinā ꝑuenire. Hoc
illud ē qd̄/a/genio ꝑcipit̄. Cui ſi q̄s aut cōtrarius aut minus obediēs fuerit: mi/
ſer miſerrime morit̄. Iſtius modi ſane fabula ē. q̄ ī tabula cōtinet̄. V obis aūt ni
hil īuideo: ſi qd ulterius īterrogar̄ ac ꝑſcrutari uultis: ego uobis exponā. Recte
dicis inq̄ ego. Cæteꝝ qd eos cape/a/falſa diſciplia genius īpat? quæ bona/& cō
ducibilia eē uideant̄. Hæc igit̄ q̄nā ſūt? Litteræ inqt: atq; alia mathematū ſtu/
dia: quæ a/Platōe tradūt̄. V eluti ui freni cuiuſpiā ī cohercēdis adoleſcētibꝫ/ ob
tinere: ut ne ad alia peiora diſtrahāt̄. V tꝝ uero ea cape oīo neceſſe ē/ſi q̄s ad ue
rā diſciplinā ſit ꝑuēturus/necne? Nihil inqt neceſſe ē: ſed alioquī utilia ſunt: tā
etſi ad reddēdos hoīes meliores nihil cōferūt. Nihil ergo affirmas hæc eē utilia
ad meliores uiros efficiēdos? Licet.n.ꝑfecto ſine his ēt meliores fieri: illa tn̄ ēt
nō inutilia ſūt. Q uēadmodū.n. quæ aliqn̄ ꝓnuntiant̄: ꝑ interꝑtē cōiicimus. cū
alioquī nō īutile ſit: nos ēt ipſos ſi qd ꝑcepimus: uoce ac lingua diſertiore ꝓſe/
qui. Ita ſine his ēt ſtudiis fieri meliores nihil prohibebit. Nunquid hi: q mathe
matici uocantur: ad meliores q̄ alii ſint homines efficiendos nihil excellunt?
Et quonā pacto excellere poterūt: q nihilominus q̄ alii ī bonoꝝ & maloꝝ cogni

Fortuna te
mere oīa fa/
cit.

αληθησ
επιστημη.

Litterati in tempantes

tiõe decepti ẽt oĩbꝰ uitiis ĩplicati uideant᷑. Nihil.n. ꝓhibet eũ qui lr̃is eruditus ac diſciplinis oĩbus fuerit inſtitutus/itidẽ ebriũ/& intempantẽ & auaꝝ:& iniuſtum:& ꝓditorẽ:ac poſtremo inſipientẽ/eẽ:multos ꝑfecto eiuſmodi uidere licet. Q uare fieri nõ põt inqt:ut hi ꝑ has diſciplinas uiri meliores euadãt. Neq̃quã appet/ex hac rõne. Sed quænã eſt cã inquã ego? Q uia in ſecundo ambitu uerſant᷑:tãq̃ ueræ diſciplinæ appropinq̃ntes. Et qđ hoc inqt emolumẽti affert? cũ plerũq; liceat aĩaduertere de primo ãbitu ĩ tertiũ/ab incõtinẽtia & reliquis uitiis ad ueracẽ diſciplinã ꝑuenientes. Q ui hos mathematicos p̃tergrediuntur. Q uare quonãmodo ꝓficiunt? niſi forte ꝓrſus indociles & durioris ingenii ſĩt: Cur hoc inquã ego? Q uoniã in prĩo ambitu hoc plus hñt:ꝙ quæ neſciunt:neſcire ſe nõ diſſimulãt. In ſecũdo uero illud certe neſciũt: quod ſcire ſe ꝓfitent᷑. Cuius ſentẽtiæ quoad fuerint/ad ueracẽ diſciplinã ꝑcipiendã nihil oĩo ꝓmoueri neceſſe ẽ. Illud p̃terea non ignoras:ꝙ opĩones/ẽt de prĩo ambitu ad eos ſimiliter ĩgrediunt᷑. Q uo fit:ut illis hi nihilo meliores exiſtant:niſi hos itidẽ penitentia ſubſequat᷑:ſibiq; ꝑſuadeant:ſe nõ diſciplinã ſed falſam diſciplinã attigiſſe: ꝑ quã decipiunt᷑. Atq; ita ſalui eẽ nõ poſſunt: Q uo circa uos ẽt ĩquit hoſpites ita facite:& quæ dicunt᷑:quoad ꝑfeceritis:diligẽter attendite. Q uinimo de his ipſis ſæpenumero conſiderãdũ ẽ. Et nihil ĩtermittẽdũ:ſed reliq̃ p̃ter rẽ exiſtimãda:alioqui nulla eoꝝ:quæ nũc auditis:utilitas erit:ita faciemus. Illud aũt explica:cur bona nõ ſint ea:quæ hoĩes a/fortuna/ꝑcipiũt. Sicuti uita:ſanitas:diuitiæ gloria:liberi:uictoriæ:& reliq̃ his ſimilia. Rurſuſq; his oppoſita cur mala non ſint? Valde.n. abſurdũ & ĩcredibile hoc nobis uidet᷑. Age itaq; ĩquit enitere ut quod ſentias de quibꝰ ĩterrogaris:r̃ndeas. Atq; hoc inquã ego faciã facile. Vtrũ igr̃ ſi male quiſpiã uiuat: Viuer̃ illi bonũ cẽſes? Nõ bonũ ſed malũ inq̃ ego: mihi uidet᷑. Q uonã igit᷑ pacto uiuere bonũ ẽ ĩquit? Si quidẽ hoc ꝑ ſe malũ ẽ? qa male uiuẽtibꝰ malũ:bñ aũt bonũ eẽ mihi uidet᷑. Ipſum igr̃ uiuer̃ & malũ & bonum eẽ cõtẽdis? Ego ĩquã:abſit itaq; ut tã abſurde loq̃ris. Neq;.n. fieri põt:ut idẽ malũ piter ac bonũ ſit. Ita.n.& utile & ꝑnitioſũ:& eligẽdũ & fugiẽdũ ſimul idẽ ſemp:quo/quid abſurdius? Sed quonã pacto? ſi cui male uiuere contingat: eidẽ quoq; malũ cõtingat. Ipſũ uiuere malũ nõ ẽ? Atq; uiuere & male uiuer̃ ſub eodẽ nõ cẽſet᷑ Nũquid nõ ita tibi uidet᷑? Profecto idẽ eẽ/ne mihi quidẽ uidet᷑. Itaq; uiuere nõ malũ ẽ:nã ſi malũ exiſteret:malũ utiq; uiuẽtibꝰ eẽt: quia qđ ꝑ ſe malũ ẽ:ipm uiuer̃ illis adeſſet. Vera mihi dicer̃ uideris? Q uoniã igr̃ & male & bñ uiuẽtibꝰ uiuere ipm cõtigit:neq; bonũ neq; malũ eẽ ipſũ uiuere cõfirmat᷑ Sicuti ne ſecar̃ quidẽ atq; urere ĩ ægrotãtibꝰ morboſũ aut ſalubre dr̃:nihilominus ĩ ipo ẽt uiuere cõprobat᷑. Ita res ẽ. Tu itaq; ſic aduerte:utꝝ male uiuere:an potius honeſte ac gl̃ioſe mori cupias? honeſte ĩquã ego potius mori. Q uo circa ne mori quidẽ ẽ malũ. ſi quidẽ emori q̃ uiuere plerũq; ẽ eligibilius. ita ſe res habet. eadem eſt rõ de ſanitate & ĩfirmitate. Sæpius.n. ſanum eſſe non confert. Verum e contra:cum ita caſus tulerit. Vera dicis. Age uero de diuitiis ita con-

Bona nõ eẽ quæ dat fortuna.

Viuere bonum & malum.

Viuere neq; bonum neq; malum.

Mori nõ malum.

ſideremus.Siqdē pleroſq; intueri ſæpenumero licet ampliſſimis diuitiis afflu
entes:peſſime tñ ac miſerrime uiuētes.Pleroſq; p Iouē.Quapp ad bene uiuen Diuitiæ non
dum nihil illis diuitiæ pſunt.nō uidet̃.Improbi.n.ſunt.Nō diuitiæ igit̃ ſed di bonum
ſciplina pbos ac ſtudioſos efficit.ita ſane cōprobatū eſt.Vbi aūt bonæ ſunt ipæ
diuitiæ/ſi ad meliores efficiendos poſſeſſores ſuos nihil adiuuāt:ita prſus ap/
paret.Quibuſdā ergo diuitias hr̄e nō confert:Vbi diuitiis uti neſciūt.Mihi ita
uidet̃.Quō igit̃ bonū eē id aliqs iudicabit.Quod plerūq; nō poſſidere ſatius
ē?Nullatenus: Si qs igr̄ recte ac prudēter diuitiis uti nouerit: bñ ac fœliciter ui
uet.Si ſecus:male atq; infœliciter.Veriſſime dicere hoc mihi uideris.Sūma ue Qui bñ uti/
ro totius eſt rei:dum hæc aut tamq̄ bona expetunt̃:aut tamq̄ mala deſpiciunt̃. tur diuitiis
neq; aliud ē:quod æque hoībus aut pturbationē aut detrimentū afferat:q̄ cum bonum
honoribꝫ afficiunt̃.Et in ſolis diuitiis conſiſtere fœlicitatē arbitrant̃.Cōſequē
terq; nullū eaꝝ reꝝ gratia q̄uis impiū & flagitioſum facinus eē recuſandū.hæc
uero pp ipſam ueri boni ignorantiā/patiūt̃.Illud.n.ignorāt:bonū ex malo fie
ri nequaq̄.Multos aūt uidere licet in diuitiaꝝ poſſeſſionē ex peſſimis ac turpiſ
ſimis facinoribꝫ deueniſſe.Veluti pditionibꝫ:depcationibꝫ:homicidiis: calū/
niis:rapinis:aliiſq; cōpluribus & prauis opibꝫ.Ita res eſt. Si igit̃ ut par eſt: ex
malo bonū nullū prouenit.Deuitiæ uero ex malis facinoribꝫ proueniūt:Diui/ Ex malo bo
tias nequaq̄ bonū eſſe neceſſe eſt.Sic ex iſto ſermone contingit.Cæterū ne ſa/ num nullū
pientia qdem & iuſtitia ex malis opibꝫ acquiri pōt:neq; itidē iniuſticia & inſi/
pientia ex bonis.Siqdē ipſa eadē ſimul conſiſtere nō poſſunt. Diuitias uero &
gloriā:& uictorias/& reliqua id genus multa cū prauitate cuiq̄ contingere nihil
phibet.Quapp hæc neq; bona neq; mala cenſeant̃.Cæteꝝ ſapientia dūtaxat Sapiētia bo
bonū.Inſipientia uero malū.Recte inquā & ſufficiēter mihi dicere uideris. num

Explicit tabula Cebetis thebani.

LVCIANI PHILOSOPHI GRAECI DIALOGVS DE VIR tute/conquerēte cum Mercurio.a Carolo aretino e/græco in latinū traductus.

Mercurius.

u IRTVS DEA PER EPISTOLAS ORAVIT
modo:ut ad ſe exirem:accedo . ut pcuncter qdnā me uelit.
illico ad Iouē redibo.VIR.Salue Mercuri ago tibi gr̄as:qñ
qdem tua in me pietas atq; benignitas efficit:ut nō penitus
deſpecta ab oī cœtu deoꝝ ſim . MER. Expecto qd narres.
Tu modo p breues narrationes facito : Nā edixit:ut ocyus
ad ſe redirē Iuppiter.VIR.Etiā ne tecū nobis nō licebit nr̄as erūnas exponere.
Quos igit̃ habeo ultores iniuriaꝝ.ſi nō mō apđ maximū iouē:ueꝝ ēt apđ te:
quē ſp & i fr̄is locū habui:colui:obſeruaui:cōdolēdi/facultas ñ dat̃.O me miſe
rā:ad quos cōfugiā:vñ auxiliū petā.Me qdē/dū ita dſpicior:malo trūcū aliquē
q̄ deā.MER.Tādē effar dū operā do.VIR.Viden q̄ ſim nuda & fœda hoc ita

ut ſim:fecit fortũæ deæ ĩpietas:ac petulãtia.aderã ornata ſane apd'eliſios cãpos
ĩter uiros illos amicos/Platonẽ.ſ.Socratẽ:demoſthenẽ:Ciceronẽ:Archimedẽ:
Polycratẽ:Praxitelẽ/& huiuſmodi doctos uiros:q me dũ uitã agebãt: piiſſime
Fortuna contra uirtutẽ. atq; religioſiſſime coluere.Interea dũ iã nõ pauci ſalutatũ ad nos ꝑgunt.Fortu/
na dea eueſtigio inſolẽs/audax/temulenta/ꝓcax / maxĩa armatoꝝ turba cõſpe
cta atq; ſtipata ꝓperans ad nos iactabunda.ea inqt.Plebeia.Tu ne maioribus
deis aduẽtantibꝰ nõ ultro cedis?Dolui iniuriã nobis ĩmeritis eo pacto fieri:ac ñ
ira concita inquã.Neq; tu maxima dea his uerbis me plebeiã facies:neq; ſi ma
ioribꝰ cædendũ ẽ:tibi turpiter cædendũ eẽ cẽſeo.Illa uero illico in cõuiciũ ſeſe
effert aduerſum me:Prætereo hic quas cõtumelias ĩ me primũ/dũ hæc iter nos
gerunť:effuderit.Iccirco Plato philoſophus cæpit nõnulla de deoꝝ officiis di/
ſputare:illa excandeſcẽs/apagete hinc uerboſe inqt.Non.n.decet ſeruos deoꝝ
cãs accipe.Cæperat & Cicero orator plura ſuadere uelle. At ex turba armatorũ
erũpit.M.Antonius p̄potens arte ſua digladiatoria oſtentãs/grauiſſimũq; pu/
gnũ in os Cicerõis eiecit.Hinc cæteri amici mei ꝑculſi metu fuga ſibi ꝓpere cõ
ſuluere.Neq;.n.Polycletes peniculo:aut phidias ſcalpro:aut Archimedis horo
ſcopo:aut cæteri inermes aduerſus aũdaciſſimos armatos/eoſq; p̄dis & homici
diis aſſuetos bello ad ſeſe tuendos ualebãt. Ergo me infœliciſſimã ab ĩpis diis
oĩbꝰ/q tum aderãt/atq; hoĩbus deſertã/pugnis & calcibꝰ cõfregere:ueſtes meas
diripuere:in lutũ ꝓſtratã reliquere.Demũ orantes abierũt.Ego uero ita confe/
cta cum licuit cõſcẽdi huc:ut Iouẽ optimũ & maximũ his de rebꝰ certiorẽ effi
cerẽ:iã quidẽ mihi ut intromittar operiẽti menſis elapſus ẽ:dũq; ut id impetrẽ
oĩs deos exeuntes ac redeũtes dep̄cor.Nouas ſemp excuſatiões audio.Deos.n.
aiunt/aut uacare:ut in tp̄e cucurbitæ floreant.aut curare:ut papilionibꝰ alæ pul
chræ pictæq; adſint.Quid igr̃?Ne uero ſemp habebũt aliqd negotii: quo nos
excluſas teneant:ac floccipendãt.Etiã cucurbitæ anno floruere: papiliones lau
tiſſimi ꝑuolant. Tum & uillicus curã cæpit:ne cõcurbitæ ſiti areant. Nos autẽ
neq; diis neq; hoĩbꝰ cõmendatæ cordi cuiq̃ ſũmus. has ob res te iteꝝ atq; iterũ
dep̄cor:obteſtorq; Mercuri:q ſemper apud deos ipſoꝝ interp̄s extitiſti:ut cãm
hanc meã iuſtiſſimã capias.Ad te cõfugio.te ſupplex oro:in te oĩs ſpes mea ſita
eſt:atq; expectatio.Da quæſo operã:ne a/uobis/excludar:ipſis quoq; mortali/
bus ſim ludibrio:Erit qdẽ id ordini deoꝝ dedecus ut homũculi me tãetſi infi/
mã deã floccipendãt.MER.Audiui.dolet qdẽ.ueꝝ ꝓ uetere nr̃a amicitia unũ
admoneo:durã nimis ac difficilem cauſam te aduerſus fortunã ſuſcepiſſe. Nã
& Iuppiter ip̄e/ut cæteros deos omittã:cũ ob accepta bñficia nimiũ debere for/
Iupiter fortũnã uertur tunæ ſentiat.Tũ & illius uires atq; potentiã uereť.Ea.n.ad cælos diis aſcẽſum
p̄buit.atq; ubi uelit:ualens ſua armatoꝝ copia eiecit. Qua de re:ſi ſapis:inter
plebeios deos ignota quo ad fortunæ odiũ extinctũ ſit:latebis.VIR. Aeternũ
lamentandũ eſt:ergo nuda & deſpecta abeo.

Explicit dialogus Luciani philoſophi de uirtute cõquerẽte cũ Mercurio.

ANGELI POLITIANI IN EPICTETI STOICI ENCHIRIDION/E/ GRAECO A/SE INTERPRETATVM AD LAVRENTIVM MEDICEM EPISTOLA.

c ENEA LAPITHAN : EVM QVI CVM
centauris pugnauerit: Laurenti Medices adeo uulneri
bus inuiolabilem: teliſq; imperuium fuiſſe ſcribit Pin/
darus. ut cum in eum centauri ingentem quandam ſyl
uarum molem facto unanimiter impetu congeſſiſſent
recto (ut idem inquit) pede terrã ſciderit. At uero Epi/
ctetus hic noſter ea/nõ a/uulcano ut Achilles atq; Ae/
neas: ſed a/natura ipſa ac ratione arma accepit. Quæ non modo ſe a/telis & Arma epi/
ferro ſed a/metu quoq; & dolore cæteriſq; animi perturbationibus tutum iuio cteti.
labilemq; præſtiterint. Bellum quidem hic uir/non cum centauris/ut ille: ſed cũ
fortuna/cumq; opiniõe accerrimum geſſit. Quas ita ambas fudit atq; fugauit
ut eas ex uniuerſa quoq; hominũ uita exterminauerit. Qui cum & ſeruus eſſet Seruus &
& claudus: & homerico iro pauperior/haud tamen dubitauit/diis ſe ſe amicum claudus.
notiſſimo apud græcos diſticho aſſeuerare. Legerat enim apud Platonem ĩ eo
dialogo/qui Alcibiades primus/ aut de natura hominis ĩſcribit̃. Eum proprie
ueroq; hominẽ eſſe/cuiuſ uis omnis in rationali ſubſtantia exiſteret. Quapro
pter quicquid extra hunc hominem foret: id ad ſe minime pertinere/ arbitratus
eſt. neq; id uerbis tantum aut libris ſed uita quoq; ipſa præſetulit. ita. n. ſeſe ab
externorum cura auocauit: ut Romæ eius domus ne ianuam quidem ullã ha/ Domus ſine
buerit: Quippe in qua preter uiliſſimum cubile nihil omnino eſſet. Huius de ianua.
uita ac moribus ingens uolumen/quod tamẽ olim culpa temporum interierit/
Arrianus uir clariſſimus cõſcripſit. e q; eius libris quaſi florem quendã/qui hũc
platonicum/hoc eſt uerum hominem in libertatem uendicaret: excerpſit: atq; ĩ
uolumen redegit. quem quia librum ad manum ſemp habere oporteat: Enchi/ Enchiridiõ.
ridion/quo nomine militaris pugiunculus ſignificatur: inſcripſit. Sermo autẽ
in eo omnino efficax eſt. atq; enargiæ plenus. & in quo mira ſit: ad permouen/
dum uis. Suos. n. quiuis affectus ĩ eo agnoſcit. Adq; eos emẽdandos/ ceu quo/
dam aculeo excitatur. Omnia uero ordinem inter ſeſe mirum habẽt: omnibus
q; ueluti lineis/quãuis in plura id opus capita ſit diſtinctum. ad excitandum ra
tionalem animum quaſi ad ipſum centrum contendunt: ut is & ſuæ dignitatis
curam habeat & propriis actionibus ſecundum naturam utatur. Stilus autem
qualem res poſtularet: conciſus eſt: dilucidus/quiq; omnem reſpuat ornatum:
Pythagoreorumq; p̃ceptis: quas illi Diathecas uocant: q̃ ſimillimus. Hoc ego Diathecæ
opus cum latinum facere aggrederer: ut ĩdulti a/te nobis huius tam ſuauis otii/ pythago/
rationem aliquam redderem: in duo omnino mendoſiſſima exemplaria inci/ reorum.
di: pluribuſq; locis magna ex parte mutilata. Quapropter cum & cætera quæ/

cunq; uſq̃ exemplaria extarent.non diſſimilia his eſſe audirem. Permiſi mihi ut ſicubi aliqua capita aut deeſſent aut dimidiata ſuperforent:Ea ego de ſimplicii uerbis:qui id opus interpretatus eſt:maxima quantum in me eſſet)fide ſupplerem.Quod ſi nō uerba ad unguem(id nullo modo fieri poterat) at ſenſum certe ipſum purum ſincerumq; latinum a/nobis redditum arbitror. Quod ne quēpiam forte perturbet: quemadmodum Ariſtarchus Homeri uerſus/quos ipſe non probaret ita nos ſingula ipſa capita:quæ noſtris quidem uerbis explicentur: obelo hoc eſt ueru iugulauimus.Suffurare igitur Laurentin tuis occupationibus otiolum aliquod ſi potes:quod libelli huius lectioni impertias. Id enim diſciplinæ genus in eo eſt:quod ſi recte perpendas:non cuiq̃ magis aliorum q̃ ingentis fortunæ uiris conueniat.Sed quod in toto hoc libello pluribus explicatur:Id omne Epictetus duobus his uerbis/quæ etiã frequentiſſime uſurpat:Comprehendere eſt ſolitus. SVBSTINE ET ABSTINE. Patriam hic uir Hieropolim phrigiæ urbem habuit.Romæ epaphrodito cuidam Neronis familiari ſeruiit.Atq; ad.M.uſq; Antonini tempora peruenit. Domitiano autem imperante eius dominatu offenſus Roma Hieropolim migrauit: ratus uerum eſſe/quod eſt Tragicum.Patriam eſſe cuiuſq;:ubi quis recte ageret. Tãta uero apud omnis homines eius uitæ admiratio extitit.ut Lucianus ſyrus epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus ob eius auctoritatem ueniſſe tradat.Nos ad te nunc non lucernam epicteti:ſed eius imaginem animi/quæ multo plus lucis habeat/Laurēti mittimus.Nam cum uniuerſam tuæ pulcherrimæ bibliothecæ ſuppellectilem/quam tute nobis utendam cōceſſiſti/nuperrime ſcrutarer:hoc unum merito opuſculū quaſi ex horto floſculum/quod tibi offerrem:delibaui.Hic enim unus eſt liber:niſi me opinio fallit:qui & naturæ iſti tuæ ad magna quidem ſemper/atq; ardua excitatæ: & his tam duris temporibus:quibus te undiq; fortuna/exercendum accepit: maxime omnium conueniat. Vale.

Simplicius.

Obelo Ariſtarchus notat uerſus.

ἄμεχου καὶ ἀπέχου

Hieropolis.

Lucerna fictilis.

EPICTETI STOICI ENCHIRIDION.

Quæ in nobis ſint:quæue non:qualiaue/quæq; ſint. Cap.i.

Orum quæ ſunt:partim in nobis eſt:partim non eſt.In nobis ē opinio:conatus:apetitus:declinatio.& uno dicam uerbo quæcūq; noſtra ſunt opera:Non ſunt in nobis corpus:poſſeſſio:gloria:principatus:& uno uerbo quæcunq; noſtra opera non ſunt.Quæ igitur in nobis ſunt natura ſunt libera.nec quæ prohiberi impedirive poſſint. Quæ in nobis non ſunt:ea imbecilla/ſerua.& quæ prohiberi poſſint:atq; aliena.

Apetitus in nobis. Opinio

Quid ex eoꝝ q̃ noſtra:quæq; aliena ſint/ignoratiōe notitiaq; eueniat.Cap.ii.

s I quæ noſtra ſunt libera:ſerua putabis:& aliena quæ ſunt/ propria:impedieris:dolebis:turbaberis:incuſabis deos/atq; homines.Si uero qđ tuum eſt id ſolum tuũ eſſe putabis:& alienum quod reuera eſt alienũ nemo te coget unquã:nemo prohibebit neminem culpabis:neminem accuſabis/inuitus nihil ages:nemo te ledet:inimicum non habebis.

Q uod aliena omittenda:noſtra curanda:quodq; utraq; aſſeq non ẽ. cap.iii.

s I ergo talia expetis:memento nõ oportere modice cõmotum ea attingere:ſed partim oĩo dimittere:partim ĩ præſentiã reiicere.ac primo tui ipſius curam agere:Si autẽ & hæc ipſa uelis:regnare ſcilicet diues eẽ: & domeſticos dirigere:fortaſſe neq; hæc ipſa conſequeris:quia priora quoq; expetis.Illa uero nullo modo conſequeris/quæ ſola homini fœlitatẽ pariunt.

Q uo nos pacto in aſpera quauis imaginatione gerere oporteat. cap.iiii. Imaginatio.

c Ontinuo igitur in quauis aſpera imaginatione diſce conſiderare:imaginationem eſſe illam.neq; id omnino eẽ/quod uidetur. Deinde ſcrutare id & examina his regulis quas habes.Primaq; hac & maxĩe.utrũ circa ea ſit:quæ ſunt in nobis.an quæ nõ ſunt.Q uod ſi circa aliquod eorum ſit quæ in nobis non ſunt.Promptum hoc eſto:nihil ad me.

Q uomodo tractanda ſunt:quæ in nobis ſunt. cap.v.

m Emento appetitus promiſſionẽ eſſe:ut conſequaris quod appetis.Declinationis autem promiſſionem/ut in id non incidas: quod declinas. Q ui ergo appetitus promiſſionem excidit:infortunatus eſt. Q ui autem in id quod declinat:incidit:male eſt fortunatus.Si ergo ſola declines : quæ præter eorum naturam ſunt:quæ in te ſunt/nunquã in id incides:quod declinabis.Morbum autem ſi declines:aut mortem/aut paupertatem male fortunatus eris.Aufer igitur declinationem ab omnibus/quæ non ſunt in nobis:eãq; trãſfer in ea quæ præter eorum naturam ſunt:quæ in nobis ſunt . Appetitum uero penitus in præſentia aufer.Si enim appetis:quæ in nobis nõ ſunt. ab aliquo eorum excidas:neceſſe eſt.Q uãtum uero eorum quæ ſunt in nobis appetere expediat:nondum tibi conſtat.Solo animi conatu aũt auocatione utere leuiter.& cum ſupputatione & remiſſe.

Q uomodo tractanda ſint:quæ in nobis non ſunt. cap.vi.

i N uno quoq; eorum:quæ aut delectant:aut utilitatem præbent : aut diliguntur:memento conſiderare:quale id quicq; eſt. Incipiens/a minimis.Si ollam diligis:dic ollam diligo.Ea enim fracta/ non perturbaberis.Si filium tuum amas:aut uxorem:dic te hominem diligere:mortuo.n. non perturbaberis.

Si ollã diligis.

Si filium amas.

Q uomodo præparari in actionibus oporteat ut perturbatione uacemus ac pri mo per meditationem. cap.vii.

Vm rem quampiā aggreſſurus es,redige tibi in memoriā qualis nam
c ea res ſit:Si lotum abis:præpone tibi quæcunq; in balneo fiunt:irro/
rantis:inquietos:conuitiantis:furãtis:atq; ita tutius rem aggredieris.
Si aũt continuo/dices:lauari uolo.Propoſitumq; meum:quod ſecundum na/
turam eſt:ſeruare/& in quacunq; re ſimiliter/non peccabis . Hoc enim pacto ſi
quid inter lauandum impedimenti accidat:in promptu hoc tibi erit : Non hoc
uolebam ſolum/ſed & meum propoſitum/quod eſt ſecundum naturam ſerua/
re.Non ſeruabo autem ſi moleſte feram:quæ fiunt.

De perturbatione declinanda:per eorum naturæ conſiderationem quæ nos perturbant. cap.viii.

Opiniões p/turbant

Opinio de morte terri/bilis ñ mors.

Erturbant homines non res ipſæ:ſed rerum opiniones : ut mors ni/
p hil terribile.Alioquin & Socrati uiſa foret:ſed quia opinio de morte
terribilis:ideo illa terribilis.Igitur cum aut impediamur:aut pertur/
bemur:aut doleamus/nunquam alium accuſemus.Sed nos ipſos : hoc eſt opi/
niones noſtras.

Ratio ſuperioris precæpti triplicisq; hominum gradus aſſignatio. cap.ix.

Erudirus ne minem cul/pat.

N eruditi eſt alios culpare:cum quid male agat . Eius qui iam cæpit
i erudiri ſeipſum:Eruditi neq; alium neq; ſeipſum.

Q uomodo tractanda/quæ de externis uidentur eligenda. cap.x.

Supbire ob equum pul/chrum.

B nullam alienam excellentiam te efferas.Si equus ſuperbiens di/
o cat:pulcher ſum:ferendum eſſet.Tu uero cum dicis ſuperbiens: pul
chrum habeo equum/memento te ob pulchrum equum ſuperbire.
Q uid ergo ē tuum? præter uſum imaginationum ? ergo cum in uſu opinionū.
Secundum naturam te habebis. Tum uero ſuperbias : ob aliquod enim tuum
bonum ſuperbies.

Q uæ nobis ex externis concedantur : quoq; hiis pacto ſit utendum per ſi/militudinem. cap.xi.

Vemadmodum in nauigatione:ubi in portum eſt uentum: ſi exeas
q aquatum.Incidit ut cochleas in itinere aut bulbulos colligas:animū
tamen ad nauigium intentum habere conuenit:& ſæpe reſpicere:an
gubernator uocet.Et ſi uocet omnia illa abiicere/ne uinctus eo coniiciaris . In/
ſtar pecudum:ſic in uita ſi pro bulbulo aut cochleola uxorcula nobis aut filio/
lus præbentur/nihil ſit prohibendum.Si autem gubernator uocet.curre ad na/
uigium:relinquens hæc:neq; reſpiciens.Si autem ſis ſenex nunquam procul/a
nauigio diſcede:ne forte uocatus deſis:Inq; id uinctus coniiciaris . Q ui enim
uolens non ſequitur:neceſſitate hoc patietur.

Si guberna/tor uocet cur re.

Q uo pacto ſine ptürbatiõe & noxia externis acqeſcere poſſumũs. cap.xii.

n

E uelis:quæ fiunt:fieri ut uelis:ſed uelis:quæ fiunt/ut fiunt: & proſper eris. Morbus corporis eſt impedimentum. Propoſiti uero minime/niſi ipſum uelit. Claudicatio cruris impedimentum eſt: propoſiti uero minime. Atq; hoc in quocunq; incidentium conſidera. Inueniesq; id alterius eſſe impedimentum non tuum.

Claudicatio corporis impedimentũ.

Q uod poſſibilia non ſunt:quæ præcipiuntur quando uires animo aduerſus omnia inſunt. cap. xiii.

i

N quocunq; incidentium memento tecum ipſe querere:quã tu uim habeas:ad eius uſum. Si malum habeas:uim bonam ĩuenies. ut ad uoluptates continentiam. Si labor offeratur: inuenies robur. Si conuicium:pacientiã. Atq; hoc pacto aſſuetus ab imaginationibꝫ nõ pturbaberis.

Q uales præbere nos oporteat:cum externa amittamus. cap.xiiii.

n

V nquam in re quapiam dicas:perdidi hoc. Sed reddidi. Puer obiit: redditus eſt. Ager ereptus:nonne & hic redditus ẽ. Sed malus ẽ uir: qui abſtulit. quid ad te per quem repetierit:qui dedit. Q uouſq; autem tibi præbentur:uelut alienorum curam habe:ut hoſpitii uiatores.

Nunq̃ dicas pdidi ſed reddidi.

Reſponſio ad obiecta: quæ de ſuperiori præcepto emergunt ac regula qua talia eligere ac erumnis exerceamur. cap.xv.

s

I proficere uis:dimitte has conſiderationes. Si rem meam neglexero:nutrimentis carebo. Niſi puerum puniam:malus erit. Præſtat.n. fame obire ſine dolore:& metu:q̃ in affluentia uiuere cum perturbatione. Præſtat & puerum malum eſſe:q̃ te infœlicem dominari. Igitur a minimis incipias oportet effuſum eſt oleum:ablatum uinum. Conſidera tãti abſ te emi quietem:ſecuritatemq; animi. Gratis autem nihil acquiritur. Si autem uoces puerum. Cogita poſſe illum non audire: aut audientem nihil eorum agere quæ uelis. Sed non tanti is eſt:ut propter eum tute perturberis.

Contra uulgi de nobis exiſtimatiouem. cap.xvi.

s

I proficere uis:ne moleſte feras:ſi ꝓpter ea quæ extrinſecus ſunt:demens:aut ſtultus uidearis.

Aduerſus inanem gloriam. cap.xvii.

n

E uelis rei cuiuſquã gnarus uideri. Et ſi quibus eſſe aliquis uideare: ne crede tibi ipſi. Scis enim non facile eſſe:& propoſitũ tuum ſecundum naturam ſeruare. Et iis qui ſint extrinſecus placere. ſed neceſſe eſt: ũt qui alterum curet:alterum negligat.

Q uibus ſtudendum ſit:quibus non ſit. Cap.xviii.

I uelis liberos uxoremq; tuam & amicos uiuere:Stultus es. Q uæ.n. in te non ſunt:uis in te eſſe.& quæ aliena:tua. Atq; ita ſi pue℞ peccare non uis,ſtultus es. Vis.n.ut uitiũ non ſit uitium. Si autem uelis appetens aliquid eo non excedere.hoc potes:hoc igitur exercere potes.

Q uæ nos ſeruos faciant:quæue liberos. Cap.xix.

Q ui liber eſſe uult.

d Ominus cuiuſq; eſt is:q quæ ille uult:aut nõ uult:põt aut dare: aut auferre. Q ui ergo liber eſſe uult:neq; uelit quicquã/neq; fugiat: eorum quæ ſunt in aliis. Alioquin ut ſeruiat neceſſe eſt.

Regula electionis pñtium:præteritorũ & futuro℞:p ſimilitudinẽ. Cap.xx.

Si in conuiuio ſis.

m Emento oportere te in conuiuio uerſari:In quo ſi fercula ad te perueniunt:extenta manu modeſte carpe. Si tranſit:qui fert:ne eum detine Si nondum peruenit/ne procul appetitum extende. Sed expecta: dũ ad te ueniat. ſic erga filios:ſic erga uxorem:ſic erga prĩcipatus:ſic erga diuitias. Eriſq; aliquando dignus deorum conuiuio. Si uero quæ appoſita fuerint: non capies. Sed contemnes: Tunc uero non modo deorum cõuiuia ſed collega eris. Id.n.cum facerẽt Diogenes & Heraclitus atq; his ſimiles:merito & diuini erãt & uocabantur.

Conuiuia deorum.

Q uo pacto imaginationi moderandũ circa ea:q̃ fugienda uidenť. Cap.xxi.

c Vm flentem uideas in luctu qa eius filius aut peregre obierit: aut bona dilapidauerit. Caue ne te imaginatio corripiat tamq̃ in malis ſit ille:cum ſit in externis. Sed ſtatim in promptu habeto. Nõ hunc caſus hic torq̃t:qa aliũ nõ torquet. ſed opinio. Q uãtũ igiť ad ſermonẽ ꝑtinet uerſare audacter cũ illo:q̃nimo & ſi ĩciderit:ſimul geme. Caue tñ ne & ĩtrĩſecus gemas.

Q uid ad nos attineat:quid ne ſupra nos ſit aptiſſima ſimilitudine. Cap.xxii.

Actor fabulæ es.

m Emento actorem te eſſe fabulæ:quãcunq; is uelit:qui docet. Si breuẽ breuis. Si longum longæ. Si medicum ageř te uelit & tunc ingenioſe age. Si claudum:ſi principem ad te enim pertinet. datam tibi perſonã bene agere. Eligere ad alium.

Q uo pacto & in diuerſo℞ expectatiõe imaginationi moderãdũ ſit. Cap.xxiii.

Si coruus crocitat

s I coruus aduerſum crocitabit/ne te imaginatio corripiat. Sed ſtatim te cũ ipſe diiudica.& dic nihil mihi hæc ſignificant. Sed uel corpori meo uel glorio læ/uel natis/uel uxori. Mihi uero omnia proſpera ſignificãt ſi uoluero. Q uicq̃d.n.ho℞ incidat:ĩ me eſt.ut ex iis utilitatẽ capiam.

Cauſa ſuperioris ſenſus:& quaſi concluſio. Cap.xxiiii.

i Nuictus eſſe poteris. Si in nullum certamen deſcendes.quod ut uincas in te non eſt.

Quæ uia ad libertatem expeditiſſima ſit. Cap.xxv.

Ide ne queq̃:quem tu aut honore:aut potentia aut fama præſtantē
u uideas beatum dicas:ab imaginatione uidelicet correptus.Nam ſi
ſubſtantia boni iuris eſt. quæ ſunt in nobis:ibi neq; inuidia, neq;
emulatio.Locum habet.Tu autem non imperator aut conſul eſſe
uis.Sed liber.Vna autem uia ad hoc eſt:contemptus eoꝝ quæ in nobis nō ſūt.

Via ad libertatem

Solutio eorum:quæ ſuperioribus obſtare uidentur. Cap.xxvi.

Emento non qui conuiciatur:aut uerberat iniuriā facere. Sed opi
m nionem de hoc uelut iniuriam facer̄.Cum te igitur quis irritet: tua
te opinione ſcito irritari.Quamobrē a principio enitere:ne te ima
ginatio corripiat.Si enim ſemel per aliquod tempus eam contine
bis.facilius tui ipſius compos eris.Mors & exilium & omnia quæ terribilia ui-
dentur:ante oculos tibi continuo facito.Maxime uero omnium mors neq; qcq̃
unquam humile cogitabis.neq; quicquā cupies nimis.

Opinio

Secunda pars:qua eum qui iam profecerit:inſtituit.Eaq; primo diſſoluit: q̃
philoſophari incipientibus occurrunt. Cap.xxvii.

I philoſophiam cupis:præpara te cōtinuo ut inuidearis:ut ſub ſan
s neris a, multis.ut dicant repēte nobis phyloſophus emerſit. Et un
de nobis hoc ſupercilium? Tu uero ſupercilium quidem ne habe.
Quæ uero tibi optima uidentur:ita retine:tāq̃ ſis a deo in hac acie
collocatus.Quod ſi perſiſtes in iiſdem.Et qui te prius deridebāt: iidem poſtea
admirabuntur.Si uero iis terga dederis:dupla anxietate afficieris.

Repēte philoſophus emeſit.

Quod a ſeipſo ad externos ecōuerſio philoſophi ſtatū deſtruit.Cap.xxviii.

I quando euenerit:ut ad ea quæ extra ſunt:te conuertas:uelíſq; cui
s piā placere:Scito te de ſtatu decidiſſe.Satis igitur tibi in oībus ſit:
philoſophū te eſſe.Si aūt uideri ēt uis: tibiipſi uideare: & ſatis erit.

Solutio emergentium in eius animo cogitationum:qui philoſophiā aggre-
diatur. Cap.xxviiii.

Ae te cogitationes ne cruciēt:honore carebo:neq; uſquā ullus ero:
Si.n.carere honore in malis eſt:ut certe eſt.non potes in malo eſſe
h propter aliud non magis q̃ in turpi.Nunquid tuum opus eſt: prin
cipatu potiri:conuiuio accepi.minime.Quomodo igitur hoc eſt,
neq; uſquā ullus eris.quem in iis ſolis eſſe oportet.quæ ſunt in te: in quibꝰ tibi
ipſi maxime eſſe licet.Sed amicis prodeſſe non potero: Quid tu ais prodeſſe:
non habebunt abſ te argentum:neq; eos ciues romanos facies. Quis tibi ergo
dixit:eſſe hæc in nobis:& non aliena opera? Quis autē poteſt dare alteri quod
ipſe non habet? Poſſide igitur inquit:ut & nos habeamus. ſi poſſum poſſidere
ſeruans memet uercūdum: fidum, & magnanimū:oſtende uiam & poſſidebo.
Si uero æquum ducitis, mea me bona perdere: ut uos quæ bona non ſunt

Poſſide ut nos habeamus.

acquiratis.uos ipſi uidete:q̃ iniqui ſitis : q̃q; ingrati. Quod ſi fidum uerecundumq; amicum argento præponitis : in hoc uos mihi opitulamini? neq; ea me agere:æquum ducite.quibꝰ hoc perdã. Sed patria q̃ in me erit adiumento carebit:Rurſus quod tu hoc ais / adiumentum? proticus non habebit per te neq; balneas.Quid tum? neq; enim calceos habet per cerdonem:neq; arma per fabrum.Satis eſt autem ſi ſuum quiſq; opus expleat.Quod ſi ei quẽpiam alium compares/ciuem fidum & uerecundum nihil ne ei prodes? utiq; : neq; tu igitur inutilis illi eris.Quo igitur ordine in ciuitate ero? Quo poteris. ſeruans ſimul te fidum & uerecũdum.Quod ſi dum illi prodeſſe uelis:hæc perdas. quem tu illi uſum afferes:qui imprudens/infidus euaſeris.·

Continuatio eoꝝ ſolutionis quæ philoſophari incipientẽ ĩpediũt.Cap.xxx.

Prepoſitus tibi qſpiã ẽ.

Repoſitus tibi eſt/quiſpiam in conuiuio:aut in ſalutatione aut in conſilio.Si hæc bona ſunt:gaudere te oportet. quia his potitus ſit ille.Si mala ne egre ſer.Quia tibi non acciderunt. Memento autem non poſſe te hæc ſolũmodo facientem paria cum cæteris conſequi in his quæ in nobis non ſunt.Quomodo ergo paria habere non poteſt: alicuius fores non frequentans cum eo qui frequentat:non deducens cum deducente.Non laudans:cum laudante.Iuſtus igitur eris:atq; inexplebilis.Si his ne quicquam relictis/quibus illa emuntur:ea gratis/uolueris/ſed quanti emuntur:lactucæ? obolo.Si ita contingat.ut igitur cum quis obolum præbens accipiat lactucas.Tu non præbens non accipias.haud minus habere te cenſes eo q accepit.Vt enim ille habet lactucas.ſic tu obolũ nõ dediſti.Eodẽ modo hic euenit.Non uocaris ad cuiuſquã conuiuium. Non enim quanti conuiuium emitur dediſti.Laude id uendit:miniſterio uendit.Da igitur ſi tibi conducit: quãti emitur.ꝙ ſi & illa amittere non uis , & hæc accipere:inexplebilis es. & ſtolidus.Nihil igitur habes pro cæna:Nempe habes:ꝙ non laudas : quem non uis. Quod non ea perfers:quæ ad eius limen perferuntur.

Quãti lactucæ

Quæ ſunt communia etiam ex naturæ uoluntate. Cap.xxxi.

Oluntas naturæ perpendi ex his poteſt:& in quibus alteri ab alteris non differimus:uelut cum alienus puer fregerit poculũ in prõptu ſtatim eſt.eſſe id ex his quæ fiunt.Scito igitur cum tuum fuerit fractum talem te eſſe oportere:qualis fueris:cum alienum frangeretur.Idem ad maiora quoq; transfer.Alienus obiit filius/ aut uxor : nemo ẽ/ qui nõ dicat.humanum id eſſe.Sed cum ciuis cuiuſq; obiit:ſtatim / hei mihi:& me miſeꝝ:Oportebat aũt meminiſſe qd nobis accidat:cũ de aliis idẽ audimus.

Puer fregit poculum

Alienus obiit filius

Mali naturam in mundo non eſſe. Cap.xxxii.

Vemadmodum non ideo ſagittarii ſignum figitur : ut non attin-

gatur. Sic neq; mali natura in mundo ſit.

Quã putanda ſit aĩ ꝑturbatio q̃due agendũ: ne in eã incidamus. cap. xxxiii

s I quis tuum corpus imperiũ habenti traderet: egre ferres: Quod aũt tu tuam mentem cui uis tradis: ut cum tibi conuitia dicuntur: perturbatur illa & confunditur: nonne te pudet? Quicquid igitur aggreſſurus es: eius initium primo/tum quid deinceps ſequatur: conſidera. Atq; ita rem aggrediare. Id ſi nõ feceris: nunquam ipſam prompte aggredieris. nihil eorũ cogitans q̃ futura ſunt. Poſtmodũ uero cũ q̃dã appebunt turpia pudore afficieris.

Efficax conſiderandi exemplum: quod quaq; in re quam ſimus aggreſſuri accidere poſſit. cap. xxxiiii.

u Is olympia uincere: & ego per deos: Magnificum.n.eſt: ſed conſidera: & initia & conſequentia: atq; ita rem aggredere. Oportet bene ſe ſe inſtituere: neceſſariis ueſci/abſtinere condimentis/exerceri ad neceſſitatem. ad præſcriptam horam. in æſtu: in frigore. frigidam non bibere: non uinum. Si ita ferat res: Totum te deniq; præfecto ipſi ceu medico tradere. Tũ in certamen prodire. Et interdum manum uulnerari: talum diſtorqueri. Multum aphen deglutire. Interdum uero & flagellari. Poſtq; hæc omnia ſuperari. His animaduerſis. ſi adhuc uis: abi certatum: ſin minus inſtar puerorũ deges. qui nunc paleſtritæ ludunt: nunc gladiatores. nunc tuba canunt. Mox tragedũ agunt. ita & tu nunc athleta: nunc gladiator. nunc orator. nũc philoſophus. Toto uero animo nihil ſed uelut ſimius: quicquid cernis: imitaris. Aliudq; ex alio tibi placet. Non enim cum animaduerſione rem aggreſſus es. neq; circunſpectans/ſed temere: & per frigidam cupiditatem. Sic nonnulli cum philoſophũ intuentur. aut cum/a quopiam audiunt. Bene ut Socrates dicit: & qui poteſt dicere ut ille: uolunt & ipſi ſtatim philoſophari. Homo conſidera primo quænã aut qualis ſit ea res: quam aggredieris. Deinde naturam tuam conſule. utrum id tollerar̃ poſſis. Vis eſſe luctator/aut pantathlus. & aſpice brachia tua. aſpice lumbos. aſpice femora. Aliud enim aliis aptum rebus natura parens largita eſt An te cenſes huiuſmodi rebus ſtudentem eodem modo ueſci poſſe/eodẽ modo potum ſumere. eodem modo iraſci/eodẽ modo mœrere. Vigilare oportet/laborare ſedere a propriis bonis/a pueris contemni/derideri ab omnibus. Vniuerſis in rebus minus auctoritatis habere. in honore/in magiſtratu in iudicio/in cæteris omnibus. Hæc inquã omnia conſidera & utrum pro his indolentiã/libertatem/quietem malis: animaduerte. Quod ni malis: caue ea aggrediaris: ne inſtar pueroꝝ modo philoſophus/modo publicanus/pauloꝑoſt rhetor/poſtremo Cæſaris procurator fias. Hæc inuicem nequaq̃ conueniunt. Illud oportet hominem eſſe te uel bonum uel malum/aut ad interiora te uertas: neceſſe ẽ. aut ad exteriora uel philoſophi locum teneas/uel idiotæ.

Vis olympia uincere.

Aphen deglutire.

Velut ſimius imitaris.

Bene ut Socrates dicit

Conſidera q ſis.

Quod officia a natura ducunt̃:ꝗq; ut ſeſe qſq; aduerſus quẽpiã habeat:cõſiderantur:tum de officiis erga hoĩes. cap.xxxv.

o Fficia habitibus penſant̃:Pater appellatur:curandus ẽ.cædendũ ei ĩ oĩbus.Ferẽdus cũ aut obiurgat:aut uerberat.Sed malus pr̃ eſt.At natura te non bono patri:ſed patri cõciliauit.Frater iniurius ẽ: uide quo tu loco ſis:nõ quid ille faciat.Propoſitũ tibi ẽ:ut ſecundũ naturã tu facias. Nemo enim te ledit niſi uolentẽ.Tum leſus eris:cum te lædi opinaberis. Sic ergo in ciue ad ciuem/a uicino ad uicinum,ad impatorẽ ab impatore/officiũ ĩuenies Si conſiderare habitus aſſueſces.

Frater iniurius eſt.

Officia aduerſus deos. cap.xxxvi.

p Ietatis erga deos id maximum eſſe ſcito.ut de ipſis bene ſentias. puteſq; & eos eſſe:beneq; ac recte gubernare.Tum ut ita te cõpares:parere eis/arq; omnibus cædere.quæ fiant.neq; inuitũ ſequi:quaſi omnia ex optimo conſilio efficiantur.Hoc.n.pacto neq; deos unq̃ culpabis. neq; incuſabis.quaſi neglectus.Id uero aliter efficere non potes.niſi ab his te auoces.quæ in nobis non ſunt.Inq; iis tantum quæ ſunt in nobis bonum ac malũ ponas.Quod ſi eorum aliqũid bonum eẽ aut malum opineris.neceſſe ẽ: ut cũ ea non conſequaris.quæ uelis:aut in ea incidas:quæ nobis:conq̃raris atq; oderis eius rei cãm.Omne ad hoc animal natum eſt:ut quæ noxia uidentur:eorũq; cauſas fugiant atq; ab his auertant̃.Vtilia uero & eorum cauſas quærant atq; admirentur.Non poteſt igitur qui ſe lædi putat.eo quod ledere uidetur:gaudere.unde & ipſa læſione gaudere impoſſibile eſt.Vnde & patri filius cõuiciat̃: cum his quæ bona uidentur:filium non impatit.Et Polynicem atq; Eteoclem hoc inter ſe diſcordare compulit.Quod tyrannidem bonum eẽ putabant. ꝑꝑ hoc agricola cõuitiatur diis:propter hoc nauta: propter hoc mercator: propter hoc ipſum/q̃bus aut uxores aut liberi interiere. Vbi.n.utilitas:ibi pietas.Quãobrem qui ea curat:appetere atq; euitare quæ oportet.Is eo tempore etiam pietatem curat.Libare autem & ſacrificare ſecundũ patrios mores/ unũquẽq; decet pure abſq; laſciuia abſq; negligentia non parce non ſupra facultatem.

De diis bene ſentias.

Bonũ ac malũ in nobis

Noxia fugit oẽ animal.

Polynices Etheocles.

Sacrificandũ pure.

Qualem ſe ad diuinationem adhibere:de qũibus uatem conſulere quomodo diuinationibus uti oporteat.In quo ſimul & officium erga deos & erga nos ipſos exiſtit. cap.xxxvii.

c Vm ad diuinationem accedis:memento ignorare te: quod ſit euenturum.atq; ideo uatem adire:ut ex eo id audias. Quale autem q̃cquid ſit:ſi philoſophus es:non ignoras.Si enim ex his eſt quæ ĩ nobis non ſunt.Neceſſarium profecto eſt:neq; bonum id eſſe,neq; malum.Tol-

le igit͛ abs te cum uatē adis:appetitum ac declinationem.Aliter.n. tremens uatem adibis.Sed cū noris qcquid euenturū ſit. Suſq;deq; eſſe:& nihil ad te:licebit quodcūq; id ſit:eo bene uti.neq; te qſq̄ prohibebit. Fidens igit͛ deos tamq̄ conſultos adi.Mox ubi qd tibi conſuluerint:memēto quos in cōſiliū acceperis qbuſq; ſit obaudire.niſi parueris.De his aūt(ut & Socrates dictitabat)conſulendus ē uates.Quo⁊ oīs cōſideratio/relationē ad exitum habet.Cuius cognoſcendi occaſio.neq; ex ratione nobis:neq; ex arte aliqua ſit ꝑbita. Quāobrem cum periclitandū tibi fuerit:cum amico:aut cū patria/ne conſule an periclitaturus ſis:Nam ſi tibi uates dixerit/aduerſa apparuiſſe exta:manifeſtū ē: aut mortem ſignificari: aut corporis impedimentū:aut exilium.Sed dictabit ratio:teq; confirmabit.ut cum amico & patria pericliteris. Maximum igitur uati hoc eſt ipſi pythio intende:qui eum de templo expulit:qui amico opem nō tulerit.

Apollo expulit de templo deſertorem amici.

Officia erga nos ipſos:ac de his primo quæ ad morū cōſtantiā faciunt:quæue eam impediunt:& de ſermone in primis ac ſilentio. cap.xxxviii.

s Tatue tibi ipſi formulam quandam ac regulam:quem deinceps ſerues:& cum tecum ipſe es : & cum in homines incidis. Silentium ſit plurimum.Loquere neceſſaria & paucis.& raro.aut quandoq; cum te ad aliquid dicendum tempus uocat.dic quidem.Sed non de quauis re.Non de gladiatorum pugna:non de curſu equorum:non de athletis: non de epulis: uel poculis ſingulatim. Maxime uero omnium non de hominibus uituperans: aut laudans / aut cum cæteris iudicans. Si igitur poſſis demuta eorum ſermones: qui tecum ſint:in id quod deceat.Quod ſi inter extraneos te deprēſum uideas. Tace.

Silentium De quo loquendum.

De riſu. cap.xxxix.

r Iſus neq; multus ſit:neq; ob multa:neq; ſolutus.

De iureiurando. cap.xl.

i Vſiurandum refuge:ſi poſſis.ſi minus cum licet.

Aduerſus cupiditatem:ac primo de conuiuiis. cap.xli.

s Onuiuia cum extraneis ac uulgaribus reſpue.Quod ſi quando tēpus incidat.Intentum habe animum.ne in uulgarem ſtatum defluas.Scias enim neceſſarium eſſe.Qui cum inquinato conflictetur: & ipſum inquinari.

Inqnari cū inquinato.

De eorum quæ ad corpus pertineant:uſu. cap.xlii.

Vod ad corpus attineat:ad purũ uſq; uſum ſume.uelut cibum.po-
q tum:ueſtem:domum.Q uod autem ad gulam/aut delitias pertinet:
penitus circunſcribe.

Gulã circũ-ſcribe.

De re uenerea. cap.xliii.

Irca rem uenercam quantum in nobis ſit: ante nuptias pure agen-
c dum eſt.Q uod ſi cogimur:quæ tamen ſunt legittima aſſumenda.
Ne ſis tamen moleſtus.utẽtibꝰ.neq; redargutor.neue ſæpius obii-
ce te non uti.

Veneria.

Aduerſus iracundiã.& quales nos erga detractores ꝓbeamus. cap.xliiii.

I quis ad te deferat:Ille de te male dicit.ne excuſa.quæ dicantur:ſed
s reſponde.Ignorat ille & alia quæ mihi adſunt mala. Alioquin non
ſola hæc diceret.

Ille de te maledicit.

De ſpectaculorum cupiditate. cap.xlv.

D theatra ſæpe accedere:neceſſarium non eſt.Q uod ſi quando tẽ-
a pus incidat.Caue/ne cuiq̃ magis ſtudere uidearis q̃ tibi:uelis quæ ſi
unt:ita fieri ut fiunt.eum tantummodo uincere:qui uictor fuit. Sta
tus autem ne ſit grauis.ſed conſtans cum quadam lætitia.Eggreſſus ſpectacu-
lo multa de his/quæ facta ſint:ne diſputa.Q uando ad te corrigendum non fa
ciunt:neque de omnibus ſermonibus:qui dicti ſint.

De auſcultationũm cupiditate. cap.xlvi.

D recitantes ne accede:neq; his uel raro interſis:q; ſi interſis:graui-
a tatem conſtantiamq; ita ſerua:ut moleſtia uaces.

De congreſſu cum potentioribus. cap.xlvii.

Ongreſſurus cũ aliquo:& eoꝝ preſertim:qui potẽtiores uidenť. Præ
c pone tibi/quid ĩ hoc feciſſet Socrates aut Zeno:neq; dubitabis quo
te pacto gerere oporteat.

Q uomodo præparare nos debeamus potentiorẽ adituri. cap.xlviii.

Aditũrus potentiores

Vm aditurus quempiam eorum es:qui magna poſſunt.Præpone ti-
c bi ipſi fore ut non admittaris intro ad eum:ut excludaris:ut tibi fores
non pateant.ut te ille negligat.Tum cogita an cum iis eum adire ex-
pediat.ubi adieris:fer quæ fiunt.Neq; tu tecum dicas unq̃: Talia nõ merebar.
Vulgare enim eſt:quæ extrinſecus ſunt calumniari.

Talia nõ merebar.

De congreſſibus cum plurimis. cap.xlix.

N congreſſibus abſit:ut de tuis/aut operibus / aut periculis nimium
i atq; in modice memineris.Non enim quẽadmodum tibi de tuis pe-
riculis meminiſſe:ita & aliis/quæ tibi acciderint:audire eſt iucundũ.
Abſit etiam ut riſum moueamus:eſt enim res uũlgaris:& neſcio quo modo du
cit ad utilitatem.& hæc una uenerationem:qua te proſequantur qui adſint:re-

Iactatio ſui indecora.

Obſcenitate utẽtẽ ĩcrepa.

mittere poteſt. Non nunquã uero & in ſermonis obſcenitatem trahit. Quod ſi quando incidat: tum ſi res & tempus fert: obſcenitate utentem increpa. Sin minus: at ſaltem taciturnitate & rubore oſtende: eũ te ſermonem ferre iniquo aío.

Quomodo reſiſtendum uoluptati. cap. l.

c Vm uoluptatis cuiuſpiam imaginationem capis: queadmodum ĩ cæteris ſerua te ipſum: ne ab ea corripiaris. Sed excipiat te res ipſa: atq; aliquod tute ſpacium cape. Tum utrunq; tempus animo uoluta. Et qua uoluptate potieris: & qua iam potitus/penitentia afficieris. Teq; ipſum tute increpa. his uero oppone: quãtopere ſi abſtinueris: gaudebis. Teq; ipſum tute laudabis. Quod ſi res poſtulare uidetur: ut rem aggrediaris. Caue ne ſuis te blandimentis atq; illecebris ſuperet. Tum oppone: q̃ melius ſit: huius certaminis uictoriam tibi ipſi conſcire.

Agendum bonũ pp ſeipſum reliquis neglectis: ac primo de iuſtitia. cap. li.

c V iudicaris faciendam tibi rem: idq; facias: ne da operam: quominus te facientem alii uideant. & ſi aliud quippiam ea de re multi ſint opinaturi. Si enim non recte facis: ipſum opus fugiendum eſt. Si recte: ne metue increpaturos ñ recte. Vt enim hoc aut dies aut nox ẽ: aduerſus diſiunctum magnam habet dignitatem: aduerſus autem coniugatum indignitatem. Sic & maiorem partem eligere magnam erga corpus dignitatem habet. Ad ſeruandam autem quam in conuiuio cõmunionem oportet. Indignitatem habet. Si quando igitur cum aliquo conuiuaris: memento ne ad eorum quæ oppoſita ſunt: dignitatem aduerſus corpus aſpicias. Sed aduerſus quoq; animum: qualem decet conuiuam te ſerua.

Quod non bonum ſimpliciter: ſed quod nobis faciat eligẽdũ. cap. lii.

s I perſonam induiſti: ſupra tuas uires: neq; eam ſubſtines: & quod implere potueras: omiſiſti.

Quomodo animum uel ab irrationalibus affectibus: uel a ſuo peruerſo iudicio ſeruemus. cap. liii.

i Nter deambulandum/queadmodum caues: ne clauum calces: aut pedem diſtorqueas. Ita caue: ne quod in te ipſo dominatur: offendas: & hoc ſi in quauis re ſeruemus: tutius illam aggrediemur.

De eorum quæ ad corpus pertineant/poſſeſſione. cap. liiii.

m Odus poſſeſſionis unicuiq; corpus ẽ. Velut pes calcei. Si in hoc ergo conſiſtas: modum ſeruabis. Si excedas in præceps feraris: neceſſe eſt: uelut in calceo: ſi ſupra pedem extẽdas: fit aureus calceus. Pes calcei
Deinde purpureus. Nullus enim terminus eſt: ubi modum ſemel exceſſeris. menſura.

De officio & cura erga ũxorem. cap. lv.

Mulieres dominæ uocãt᷑ poſt q̃rtũ decimũ annũ. Viꝝ uereceãtur.

m Vlieres ſtatim a.xiiii.anno dñæ uocant᷑.His.n.uiri ob concubitum blandiuntur.Virorum ergo culpa.ſibi deinceps nimis placent.Monendæ igitur ſunt:fore ut apud nos in honore ſint.nihil ob aliud/niſi ſi moleſtæ ſint.& uirum reuereantur.

De degeneris ſigno:deq; nimio corporis cultu. cap.lvi.

Cultui corporis nõ nimis ſeruiendum

d Egeneris ſignũ eſt:inſiſter᷑ hiis:quæ corporis ſunt.ut plurimo exercitio:plurimo corporis cultui.Sed & conſenſus cuiuſdam ſupuacanei ſignũ eſt.Quibus.n.gaudemus:cum iiſdem cõſentimus.oportet igitur nimiam corporis curam uelut ab re eſſe arbitrari.Maxime uero curã eius habere:quod ipſo utitur corpore.

Præceptum ad pacientiam ac manſuetudinem. cap.lvii.

c Vm quiſq̃ tibi male facit:aut dicit.memẽto illũ/ſuũ eſſe officiũ arbitrantẽ:male facere/aut dicere.Eſſe igitur nõ p̃ot.ut is quod tibi uidetur:ſequat᷑.Sed quod ſibi ipſi.Quod ſimile ſibi uidetur.& ip̃e leditur.qui & deceptus ẽ:Veꝝ.n.coniugatũ.ſi quiſq̃ falſum arbitret᷑: nõ cõiugatũ ipſum ledit᷑.Sed q decipitur.Si ab hiis igit᷑ mouearis: mitẽ te aduerſus cõuiciantẽ p̃bebis.Loquere igit᷑ ſic in qua uis re:ipſi eſt uiſum.

Quod res oẽs partim alteræ alteris cõſentiunt:ptim diſſident. cap.lviii.

Omnis res habet duas Anſas.

o Mnis res duas habet anſas:alteram q̃ ferri poſſit:alterã quæ nõ poſſit.Frater ſi iniurius ſit.ne eũ inde capias.qđ frater ẽ iniurius. Hæc enim eius anſa eſt.quæ ferri nõ poſſit.Sed inde magis: qđ frater ẽ: ꝙ tecum educatus.Atq; ita inde eum capias.unde ferri poſſit.

De ſermonũ congruẽtia. cap.lix.

h Ii ſermones nõ congruũt. Ego ſum ditior te: ego igit᷑ melior ſum. Hii autem magis congruunt.Mea oratio q̃ tua eſt melior.

De iudicio rerum exacto. cap.lx.

Bibit quis multum.

l Auat᷑ qs cito.ne dicas:male eũ lauari.ſed cito bibit qs multũ uini:ne dicas male: ſed multũ.Niſi.n.eius cõſiliũ ſcias.unde ſcis an male.Sic.n. accidet ut alioꝝ apphẽſiuas imaginatiões accipiamꝰ:aliis ãt aſſẽtiamꝰ.

Aduerſus gloriam atq; oſtentationẽ.& primo circa ſciẽtiam. cap.lxi.

Tace inter ineruditos.

n Vllo mõ te ipſũ dixeris philoſophũ:neq; multũ loq̃re/inter ieruditos de ſpeculatióibꝯ. Sed fac aliqd ex ipſis ſpeculatióibꝯ:ueluti cõuiuio: ne dic quo pacto oporteat comeſſe:ſed comede ut opteat.memẽto.n. & Socratem undecunq; abſtuliſſe oſtentationẽ:ꝗ ſi de aliqua ſpeculatiõe ſermo inter ineruditos ĩcidat:tace ut plurimũ.Magnũ.n.periculũ ẽ euomere:quæ nõ concoxeris.& cum quis dixerit te nihil ſcire.Idq; te non remordeat.Tũ ſcito initium eẽ operis.Nã & oues non herbã euomentes paſtoribꝯ oſtendũt.quãtum comederint:ſed cibum intus cõcoquentes uellera extra ferũtur:& lac.& tu igitur ne ſpeculationes ineruditis oſtenta.Sed ex hiis concoctis opera.

Aduerſus ſobrietatis tolerantiæq; oſtentationē. cap.lxii.

c Vm attenuato ſis corpuſculo:ne tibi ob id place.neq; ſi aquā bibas ex quauis occaſiōe dic aquā bibo.Sed cogita q̄ ſint medici abſtinē/tiores nobis.q̄q; tolerantiores.Tū ꝗ alia non habeamus bona:quæ alii habēt.Q uod ſi exerceri uelis.ad laborē ac patiētiā.Verū ipſe hoc fac:neq; ab externis uideri uelis:ut qui uim patientes potentioribus quo populū cōuo cent.ſtatuas infrendunt:& ſe uim pati clamāt.Oſtentator.n.totus extrauergit.& patientiæ atq; abſtinentiæ bona deſtruit.Cum eorum finem ſtatuit eſſe mul torum opinionem.

Deſcriptio triplicis habitus:ineruditi:philoſophi:& ꝑficiētis. cap.lxiii.

i Neruditi ſtatus & formula ē:nunq̄ a ſeipſo expectare utilitatē aut monimentū.Sed ab externis:Philoſophi ſtatus eſt & formula:om/nem utilitatem ac monimentum a ſe ipſo expectare.Signum profi/cientis hoc eſt.Neminem uituperat:neminem laudat.de nemine queritur.Ne/minem accuſat.nihil de ſeipſo dicit.ceu ſi ſcit aliquis:aut aliquid ſciat cum in re quapiā aut impeditur:aut prohibetur.Seipſum accuſat.Et ſi quis ipſum lau det:uidet laudantem.ſecum ipſe.Et ſi uituperet:non ſe depurgat.Degit autem inſtar ualitudinarii cauens aliquid eorum:quæ ſunt in ſe cōmouere prius q̄ ad ſolidatem perueniat.Appetitum omnem a ſe ipſo ſubtulit.Declinationē uero in ea tantū quæ ſunt contra naturam eorum uidelicet quæ ſunt in nobis trāſtu/lit.Conatu ad oīa remiſſe utit̄.An ſtultus/an rudis dicatur:minime curat.utq; uno explicem uerbo quaſi aduerſariū ſe ipſum obſeruat:& quaſi inſidiatorē.

Status ineru diti.

Q uod uerba propter opera. cap.lxiiii.

c Vm qs ideo gloriat̄:ꝗ Chryſſippi ſententias interp̄tetur:dicat ipſe ſecum.Niſi operte Chryſippus ſcripſiſſet:nequaq̄ haberē/unde glo riarer.Sed ſcripſit Chryſippus nō ut quis eū interp̄taret̄:ſed ut ſecū dum ſe operaret̄.Si ergo ſcriptis utar:tū eoꝝ bonū fuero conſecutus:ſi aūt iter p̄tantē admirer.aut ēt ipſe interp̄tari poſſim:grāmaticū:non philoſophū admi rer.aut agam.Q uid aūt prodeſt:medicamēta quædā inueniſſe deſcripta:eaq; intelligere.atq; aliis tradere ipſummet egrotantē minime eis uti.

Niſi obſcu rus eēt chry/ſippus: non gloriarer.

Q uod in hiis perſeuerandum. cap.lxv.

i N propoſito pſeuerādū uelut ī lege ē.Perſta igr̄.uelut ſi hæc trāſcen das:īpius ſis futurus.Q uod ſi qs de te dixerit.ne cura.Id.n.tuū n̄ ē.

Q uod ſupſedendū nō ē:ſed q̄primū ad hæc īcūbendū. cap.lxvi.

Vo te uſq; differs:ut iā te aliqn̄ dignū his:q̄ optīa ſūt:putes.neq; uſ q̄ trāſgredi hæc ſtatuas.Q uod ſi diē de die termino adiicias.nō ꝑficis:ſed deficis.Iā nūc igr̄ aſueſce.ut tāq̄ pfectus uiuas.oībuſq; q̄ accidāt:recte utaris.Et q̄cunq; ī re arbitrare ꝓpoſitū tibi certamē.neq; ullū diē negligas Q uo enim die non ꝑficis:deficis.Hoc igitur pacto Socrates uirorum omniū ſapientiſſimus euaſit.Q uod ſi ipſe nondum es Socrates:at uiuere debes:ut q Socrares uelis eſſe.

Viue ut So/crates uelis eſſe.

Tres loci in philoſophia: eorumq; inter ſe ordo. cap. lxvii.

Primus lo/cus in philo/ſophia.

P Rimus ac maxime neceſſarius locus eſt in philoſophia. qui ad uſũ ſpeculationum pertinet: uelut eſt non mentiri. Secundus qui ad de/monſtrationes uelut eſt: cum mentiri non oporteat. Tertius qui ad eas confirmandas & proſpiciendas ſpectat. Hoc eſt quo pacto & unde demon ſtrare id poſſumus. Verum etiam aut falſum. Igitur tertius quidem locus neceſ ſarius eſt ob ſecundum. Secundus ob primum. Maxime omnium neceſſarius eſt: & in quo quieſcere oporteat: primus eſt. Hos uero contra facimus: Tertio enim loco immoramur. Inq; eo omne noſtrum ſtudium conterimus.

Tres antiquorum ſententiæ in promptu habendæ: quarum prima. Cleãtis: Euripidis ſecunda. Tertia Platonis eſt. cap. lxviii.

Tres ſenten/tiæ habẽdæ in promptu. Neceſſitas.

S Emper hæc in promptu habenda: Primum ſi renitor malus ero: ge/menſq; ac plorans ſequar. Secũdum. Neceſſitas omnia ſurſum uer/ſus ad diuinam cauſam ducit uolentia/& inuita. Eam qui lætus ſeq/tur. Is uere eſt ſapiens. Sed & tertium. O Criton. Si ita diis placet: ita fiat. Me uero Anytus & melitus interimere quidẽ poſſunt. lædere autem non poſſunt.

Epicteti Stoici Enchiridion Explicitum.

SANCTI:BASILII:DE:LIBERALIBVS:STVDIIS:ET:INGENVIS:MORIBVS:LIBER PER LEON.AR.EX GRE.IN LATINVM CONVERSVS.

m

VIta ſunt filii quæ hortantur me ad ea uobis conſulēda:quæ optima eſſe duco : Q uæq; uobis ſi illa ſequimini profutura confido : Q uippe & huiuſmodi ætas/ & multarum rerum uſus/& inſuper:quod omnia maxime docet:in utrãq; partem mutationes ſatis eſſe ex partum humanarum rerum me fecere peritũ.Itaq; poſſum his qui nuper uitam ingreſſi ſunt:quaſi uiam aliquã/qua tutiſſime proficiſcant/oſtendere. Accedit ad hoc/quod naturali neceſſitudine me poſt parentes nemo eſt uobis propinquior.Q uãobrem ego quidem erga uos non minus beniuolentiæ habeo:q̃ ipi parentes:Vos autem puto:niſi forte mens ueſtra me fallit:cum me intuemini parentum deſiderio haud quaq̃ moueri.Si igitur quæ a/me dicent:ea uos ſuſcipere ac ſequi parati eſtis:in ſecundo eritis ordine laudatorum apud Heſiodũ. Si minus ego ſane nihil moleſtius dicam.Vos autem meminiſtis carminũ illorum:in quibus ille poeta inquit.Optimum illum eſſe/qui per ſe ipſum/ quæ agenda ſunt:conſpicaretur.Sequenti autem gradu . Q ui aliorum conſilia ſequeretur.Q ui uero ad neutrum horum aptus eſſet eum penitus eſſe inutilem. Nec uos ulla admiratio teneat:ſi quottidie ad magiſtros euntibus uobis ueterumq; uiroꝝ & ingenio & doctrina præſtantium per ea quæ illi ſcripta reliquere:continuum uſum & familiaritatē habentibus/ego aliquid utilius ex me ipſo inueniſſe profitear.Equidē hoc ipſum moniturus uenio:nõ oportere uos eiuſmodi uiris ita mentis noſtræ gubernacula permittere:ut quacunq; ducãt:ea ſequamini.Sed id duntaxat/quod utilitatem affert ab illis accipientes/ ſcire etiã ſi quid ſit opus contemnere.Q uæ igitur ea ſint/& quēadmodum diſcernantur:id iã uobis aperiam/hinc ſumens initium. Nos quidē filii hanc humanã uitam nihil omnino eſſe arbitramur.Nec bonum quicq̃ exiſtimandum cenſemus:nec appellandum/quod utilitatem nobis hucuſq; ſuppeditet. Non itaq; dignitatem/non amplitudinem maiorum/non corporis uires:non formam:nõ magnitudinem:non a cunctis hominibus habitos honores:non ipſum imperium:non quicquid dici poteſt in hac uita excellens.Sed longius noſtræ procedunt ſpes & ad alterius uitæ præparationem cuncta molimur . Q uæ igitur ad hanc uitã conferant:ea nos totis uiribus optanda/quærendaq; eſſe arbitramur. Q uæ uero illucuſq; peruenire nequeunt:ut nullius momēti diſpiciēda. Q uæ nam tamen iſta ſit uita:& quo pacto illa uiuatur:id ſane oſtendere plus negocii eſſet:q̃ nos in præſentia ſuſceperimus.Maiores etiam auditores q̃ ipſi nunc eſtis ad percipiendum requirit:hoc ſolum cũ dixero:ſatis abunde uobis dixiſſe

Optimus q per ſe nouit.

βιοσ ανθρωπιμοσ ουδεμ

putabo. Si quis oẽm poſt creatos hoïes fœlicitatem mente concipiat : ſimulq̧ ĩ
unum congerat uniuerſam/ne paruã quidẽ partem illoꝝ bonoꝝ æquare com-
periet. Sed a/minimo illius uitæ bono oïa humana ſimul collecta magis abeſſe
q̃ umbram & ſomniũ a ueris rebus:imo uero ut ꝓpiori utar ſimilitudine/quan-

Differentia duplicis uitæ

αγουσι ιεροι λογοι.

to in omni re p̃cioſior eſt anima q̃ corpus tanta utriuſq̧ uitæ differentia eſt. Ad
hanc porro uitã ſacri dũcunt ſermones ꝑ oculta nos erudientes. Donec tñ ꝓfun
dum illoꝝ ſenſum ꝑ ætatẽ uobis ꝑcipere poſſe non licet. In alis nõ oïo diuerſis
quaſi in umbris quibuſdam ſpeculiſq̧ oculos mentis exercere debemus : illos

εμ χειρομο-μιαισ λογοποιοισ

imitantes/qui ad certamen ſe comparãt:q & ſaltu & motu manuũ in ludo exer
citati callidius deinceps ĩ certamen deſcendũt. Et nobis ꝓfecto certamẽ quod-
dã incũbere putandũ eſt:& quidẽ oïum certaminũ maximũ. Cuius gratia om-
nia temptãda ſunt. & totis uiribus incũbendũ ad huiuſce rei p̃parationẽ: & poe
tis & oratoribꝰ & ſcriptoribꝰ cæteris oïbus deniq̧ hominibꝰ inherẽdũ/unde no
bis ad ingenii exercitationẽ aliqua ſit acceſſura utilitas. Velut igit̃ hi qui tin-

Δευσοποιοι

Præpatio ĩſectoris

gunt cum primo q̃buſdam modis id quod colorẽ receptuꝝ ſit p̃pararunt : tãdẽ
poſtea florem ſupinducunt ſiue purpureũ ſiue quẽuis aliũ. Eodem nos itidem
modo/ſi ut indelebilis ſit/apud nos ꝓbitatis ſciẽtia cupimus:cum his extraneis
diſciplinis fuerimus imbuti:tunc ſacris & ocultis operam dabimus. Et quaſi ſo
lem in aqua prius uidere aſſuefacti ad ipſam lucẽ dirigemus intuitum. Si qua
igit̃ conuenientia utrinq̧ ſit ꝑutilis nobis erit talis cognitio. Si autem nulla ſit/
ea tamen adinuicem cõferre & in quo differant:inter noſcere/nõ paꝝ nobis fru
ctus p̃bebit/ad potioris cõfirmationẽ. Sed qua ſimilitudine utemur ad hãc rẽ

φυτοῦ οικε-ια αρετη.

oſtendendã. Nempe ut plantæ ꝓpria uirtus ẽ fructũ producere:afferunt tamẽ
aliquẽ ornatũ & frondes ipſæ circa ramos diffuſæ:ita profecto & aïæ p̃cipuus q
dem fructus ẽ ueritas. non inamenũ tamen eſt hac extranea circũdari ſapiẽtia
quæ tanq̃ frondes quædam & frũctui tegmen p̃beat:& ſpẽm intuẽtibꝰ lætiorẽ

Moyſes mũltiſcius

oſtendat. Hoc feciſſe aiunt Moyſem illũ ſumma prudẽtia uiꝝ/cuius apud om
nes gentes maximũ eſt in philoſophia nomẽ: Qui non prius ad dei contẽpla-
tionem acceſſit : q̃ ægyptioꝝ diſciplinis mentem exercuiſſet. Hæc eadẽ ferunt

Δανιηλ σοφοσ.

poſterius de Daniele ſapiente cum apud babylonios caldeoꝝ ſapientiam imbi
biſſet. Poſtea reꝝ diuinarũ attigiſſe doctrinam. Sed iã ſatis abunde demõſtra-
tum ẽ non inutilẽ eẽ mentibus noſtris hanc extraneã ſcientiam. Nũc uero quo
pacto illa nobis accipienda ſit:dicendũ uidetur. Primo igitur ut a/poetis incipi
am:Cum illi uarii multiformeſq̧ ſint:non oïbus/quæ ab ipſis dicunt̃ :adhibẽ-

Poetæ legendi quomõ.

da eſt mens. Sed cũ excellentiũ uiroꝝ facta aut dicta cõmemorant. tũc tota mẽ
te moueri/atq̧ inflamari debemus. maximeq̧ conari:ut tales ipſi ſimus:qualeſ
ipſi fuere. Cum uero improboꝝ hoïum mentionẽ incidunt:fugiẽda ẽ illoꝝ imi
tatio:aureſq̧ claudendæ:nõ ſecus atq̧ ipſi ferunt Vlyxem ad ſirenum cantus.
Prauæ enim confabulationes uia quædam ſunt ad facinora. Quãobrem om-
ni diligentia curandum eſt:ne inter illam/quam plerunq̧ ſermones habent fe-

ſtiuitatem latenter aliquid admittamus mali:ut hi qui uenena melle permixta abſorbent. Nō igitur laudamus poetas neq; cum iurgia referunt:neq; cū ſcurras aut amantes/aut ebrios aut dicaces imitant̃.neq; cum diuite menſa cantuq; diſſoluto fœlicitatem diffiniūt. Minime uero cū de diis aliquid dicunt: & maxime cum de illis ita narrant:quaſi plures ſint:atq; diſcordes. Nã apud eos & frater in fratrē coniurat. Et parentes filiis:& filii parentibus inferunt bella. Deoꝝ uero adulteria atq; amores/& ſceleſtos concubitus:& eos maxime ſūmi ac principis omniū(ut illi aſſerunt)iouis. Quæ nec de pecudibus quidem ſine rubore quis diceret:His relinquemus.q in ſcena uerſant̃. Hæc eadem dicēda ſunt : & de cæteris ſcriptoribus/& tunc maxime cū ad uoluptatē loquunt̃. Sed nec oratorum artem in mentiēdo imitabimur. Neq; enim ĩ iudicio/neq; uſq̃ alibi mētiri nos decet.qui rectum ac uerum iter uitæ elegimus.quibꝰ interdicta ſunt iudicia legis præcepto. Sed tunc maxime oratores complectemur:cum aut uirtutem extollunt:aut uicia effulminant. Vt enim ex floribus cæteri quidem nihil ſūmunt/præter odorem atq; colorem. Apes uero etiam mella inde ſciunt excerpere:ita qui non ſolam feſtiuitatem uerboꝝ ſequunt̃ fructum aliquem ꝑcipeř poſſunt:Sed quoniam in apum mentionem incidimus:proſequamur hanc ſimilitudinem. Illæ enim nec oēs pariter adeunt flores:nec ſi quos adeunt:eos totos abſumunt.ſed eo ſolo ablato/quod operi ſuo aptum ſit. Reliquum oē ualere ſinunt. Et nos quoq; ſi ſapimus:Cum id excerpſerimus:quod ueritati amicum conſentaneumq; ſit.cætera omnia tranſgrediemur.& uelut in roſis legendis ſentes uitamus.ita quantū utiliter ſcriptum accipientes reliqua quæ nocere poſſunt declinabimus. Principio igitur diſciplinarū quālibet conſiderare oportet. Et ad finem dirigere lapides ad filum dorico prouerbio redigentes. Et quoniam ad hanc uerã uitam ꝑ uirtutem aſcenditur. Virtus aũt ipſa multum a/poetis multū ab hiſtoricis/multo ēt magis a philoſophis laudat̃/eoꝝ uerbis maxĩe ĩherēdū. Neq;.n.paꝝ utilitatis habet cõſuetudo q̃dã & familiaritas uirtutū mētibus iuuenum animiſq; infuſa/cum maxime inherere ſoleant:& pene indelebilia eſſe:quæ tenera ætate diſcuntur.propter annorum mollitiem profunde inuſtam. Et quid aliud Heſiodum uoluiſſe putandum eſt:cum illa ſcripſit carmine:quæ uniuerſi decantant. Aſpera inquit primo & pene inuia & ſudoris continui & laborum plena uia/quæ ad uirtutē ducit. Quãobrē nec cuiuſuis eſt/propter arduitatem illam capeſcere:nec capeſcenti facile ad culmen euadere : Sed ubi id ſupaueris ex eius faſtigio uidere licet ut uia illa læuis ſit & pulchra & expedita & facilis & longe iocundior q̃ altera q̃ ad uicia ducit: quã uniuerſam ſimul arripi poſſe ipſe idem poeta teſtatur. Mihi quidem uidetur nihil ob aliud q̃ ut nos ad uirtutē probitatemq; adhortaretur iſta dixiſſe:ne laboribꝰ uicti ante finem deſiſteremus. Sed & ſi quis alius ſimiliter uirtutem laudarit: eius ſermones promptiſſime recipiemus. Ego autem e/quodam uiro / qui ad inueſtigandas poetarum mentes acutiſſimus habebatur: audiui cum diceret/totam

δηλητηρια μετα του μελιτοσ

Dii poetici diſcordes

Non lepos uerborū ſed fructus.

εικωμ μελιτωμ

δωρικη παροιμια. λιθομ ποτι ταμ σπαρταμ αγομτεσ.

Heſiodus de uirtute

τραχεια προσ αρετημ οδοσ.

Poeſis Homeri laus uirtutis

Homeri poeſim laudem eẽ uirtutis/omniaq; illius poetæ huc tẽdere:niſi ſi qđ interdum incidens ſit.Verum in eo loco uel maxime id patere cũ finxit cephalenoꝝ ducem naufragio eiectum tãtũ abfuiſſe:ut illos quibꝫ & ſolus & nudus apparuit:uerecundia aliqua auerteret.Q ñqdẽ pro ueſtibꝫ uirtute illũ dixit ornatũ & primũ reginæ eũ reuerita ſit.Deinde reliq̃ phæacũ multitudo tanti putauit:ut relictis epulis quibus cõmeſſabantur . Vnum illum cuncti intuerentur.nullumq; eorum/qui eo tempore magis quidq̃ a diis optaret : q̃ Vlyxem fieri q̃q̃ & nudum & naufragum aiebat ille poetarum interpres hoc in loco Ho

Homerus. ſit uobis cura uirtutis

merum clara uoce clamare:o homines ſit uobis cura uirtutis: quæ & cum naufrago ſimul enatat:& in littore/nudum eiectum fortunatis phæacibus uenerabiliorem oſtendit.Et profecto ita res eſt:cætera omnia non magis poſſidentiũ ſunt q̃ cuiuſq;/ut in talari ludo huc & illuc tranſeuntia.Sola uirtus & uiuenti & mortuo ſtabilis eſt & firma poſſeſſio.Qua ratione motus mihi uidetur Solon

Scitum ſolonis

cum inqt ad diuites.At nos non ꝑmutabimus cum uirtute diuitias:quoniã uirtus firma eſt.Diuitias uero alius alias poſſidet.Similia his ſunt & a Theognide dicta.Qui inquit deum quẽcunq; tandem is ſenſerit uarie hominibus talẽ

ταλαντον. Trutina & talentum.

tum appendere.Alio enim tempore diuitiis affluere:alio nihil poſſidere . Hæc eadem fere a/prodico ſophiſta quodam in loco ſuorum librorũ de uirtute ac uitiis ſapientiſſime ſcripta ſunt.Cui quidem ꝑ̃ſtandæ ſunt aures/neq; .n. ſpernendus eſt ille uir.Is uero ita inquit.Quantum ego memini:nam eius uerba nõ te

Hercules ꝓdici ſophiſtæ

neo:niſi ꝙ ſine metro ſic ait.Herculem cũ is admodum adoleſcẽs eẽt:& ueſtræ ferme ætatis diu ſecum multũq; cogitaſſe utram uiam caperet.Cum duas uideret unam/uoluptatis:alteram uirtutis.Inter ambigendũ aũt duas acceſſiſſe ma

αρετη κακια

tronas.Has uero eſſe & uirtutem & maliciam.Statim quidem igitur & ſi illæ ſilerent:manifeſtam fuiſſe diuerſitatem illarum.Videri enim alterũ accuratiſſime eſſe ornatam fluentem diuitiis & omnium uoluptatum examen poſt ſe trahentem.Hæc itaq; omnia oſtentantem/& multo etiam plura pollicentẽ ſe cum trahere Herculem temptauiſſe.Alteram uero aſperam & duram ſeuereq; intuẽtem/talia ecõtra dixiſſe:polliceri ſe nec uoluptatem aliquam nec quietem . Sed labores/pericula/ſudoreſq; infinitos terra mariq; tolerandos: Præmiũ autem illorum fore ut ille aiebat.Deum fieri.& hanc demum Herculem ſecutum fuiſſe dicit.Et fere oẽs qui modo aliquid in philoſophia ſcripſere.Vt quiſq; maxime potuit:uirtutem laudarunt.Quibus ſane credendum eſt.conãdumq; ut in uita noſtra id oſtendamus.Nam quiſquis ea/quæ alii uerbis duntaxat philoſophantur:rebus ipſis affirmat:is uere ſapit . Cæteri uero ueluti umbræ uolitant. Nec ſecus ea res ſe habet:q̃ ſi pictor egregiam uiri formam imitatus ſit.Hic autem reuera talis exiſtat:qualem ille in tabula expræſſerit . Qui enim uirtutem in cætũ hominum landant:ampliſſimiſq; uerbis extollunt:ipſi uero & libidinẽ

Similitudo hiſtrionum.

temperantiæ & quæſtum iuſticiæ anteponunt . Hi mea ſententia nihil differũt ab hiſtrionibus:qui cum poemata in ſcena agunt:ſæpe ut reges:uel ut potentes

prodeunt.Cum neq; reges ſint:neq; potentes neq; omnino forſitã liberi . Atq
muſicus quidem ſi id uitare ullo modo põt:nunq̃ patitur liram ſibi diſſonare:
neq; chori princeps inconcinnũ ſibi choꝝ habere.ipſe uero quiſpiã ſecum diſſi
debit:nec uitam conſentaneam uerbis p̄ſtabit.Sed Euripide auctore linguam γλωττα
quidem iuraſſe dicet mẽtem uero iniuratã manſiſſe.Et bonum uideri quã eſſe ομομωκεν.
magis cupiet.At hic ultimus ẽ iniuriæ terminus:ſi qd credere oportet Platoni/ φρην αμω/
bonum uideri cum non ſis.Ea igitur quæ de uirtute ſcripta ſunt:ita ut dictũ eſt μοτοσ.
accipienda cenſeo.Cũ aũt p̄clara facta maiorum aut memoriæ ſucceſſione/aut Bonũ uideri
poetarum uel hiſtoricorũm libris uſq; ad noſtram ætatem conſeruata ſint. nec malle q̃ eſſe.
huius quidem generis utilitatem negligemus. Vt ecce pericles athenienſis / cũ Modeſtia
eum quidam ex fori hoĩbus probris laceſſeret: nihilo irritatus neq; aĩo cõmo/ periclis
tus/ſed per uniuerſam diem ꝑſeueratum eſt.cum ille nullo maledicto abſtine/
ret.Hic uero tãquã ea res nihil ad ſe ꝑtineret:contemneret. Veſpere aũt iam fa
cto & tenebris exortis cum iurgator illi uix eo tempore uellet abire pericles fa/
mulo cum lumine accito perſecutus eſt ipſum:ut ſibi q̃ lõga eſſet hæc ad philo/
ſophiam exercitatio.Item cũ quidam iratus euclidi megarenſi necem minaret̃
idq; ſe facturum eẽ iuramento firmaret Euclides cõtra iurauit ſe ꝓfecto illum
placaturum effecturũq; ne ſibi infenſus foret.Quã operep̄cium eſt aliqđ hu/ Euclides
iuſmodi exemplũ ſuccurrere mentes hominũ iam ira efferueſcentiũ.Tragediæ
enim nequaq̃ eſt ſimpliciter credendũ dicẽti:inimicus armabit ira manus. Sed
potiſſimũ eẽt nullo modo iraſci.Sin id fieri non põt:at rõnis freno moderãdũ
eſt:nec ꝑmittendum longius efferri.Sed reducamus orationẽ noſtram ad cla/ Ira frenãda.
roꝝ uiroꝝ exempla.Pulſauit qſpiam Socratem Sophronici filiũ faciẽ eius pe/
tulantiſſime cedens.Socrates uero nõ repugnauit.Sed illius iræ ac petulantiæ
ſeſe ꝑmiſit donec ei uultus undiq; tuber fieret. Verum ubi ira illius ſaciata eſt: Socrates pul
Socrates qdem nihil aliud egit:niſi ꝙ fronti ſuæ inſcripſit nomẽ ꝑcuſſoris quẽ ſatus.
admodum in ſtatuis fieri ſolet.Ille inqt hoc opus effecit nec ulterius ulciſci pre/ In fronte no
xit.Hæc quæ noſtris ſimilia ſunt ꝑdigne eẽ imitatione duco.Hoc.n. Socrati/ mẽ ꝑcuſſoris
cum illi noſtro conuenit qđ monet:ut percutienti maxillã unam/alterã porriga
mus. Tantum abeſt:ut ulciſcamur.Id autẽ Periclis / aut Euclidis ſimile eſt illi/
quo monemur ꝑſequentes expectare & benigne iras illoꝝ tolerare:& inimicis
bona p̄cari:non autem maledicere.Nã qui in illis erit p̄eruditus:is poſtea p̄cæ/
ptis noſtris adquieſcet:nec quaſi ĩpoſſibilia ſint:aſpernabitur.Haud ſane p̄tere
undũ eſt Alexandri regis memoriale factũ.Qui cũ Darii filias in captiuis ha/
beret:mirumĩmodũ ut ab oĩbꝫ p̄dicat̃ formoſas ne uidere qdẽ uoluit/ turpe eẽ
ratus eos qui uiros uiciſſent:a/mulieribꝫ ſupari.Hoc illi noſtro cõuenit: ꝙ aſpi
ciens mulierẽ ad uoluptatẽ/& ſi rem nõ conſumat:tamẽ quia id cõcupiuit ĩ cor Continentia
de ſuo:crimine nõ caret.Illud aũt cliniæ Pythagoræ familiaris difficile eſt cre/ alexandri.
dere nõ dedita opera ſed fortuito noſtris conuenire:qui cum poſſet trium talen Soluere ma/
torum damnum iureiurãdo ſibi delato aufugere:Soluere qdẽ maluit q̃ iurare luit q̃ iurare.

q̄q̄ ſine periurio id facere liceret. Audierat ille ut mihi uidetur p̄ceptum domini iuramēta uetantis. Sed redeo ad id quod in principio dicebam. Non omnia nobis recipienda ſed tantũ utilia. Et enim cum eos cibos q obeſſe poſſunt corpori diligenter uitemus: abſurdiſſimũ eſt diſciplinarum quibꝰ alitur animus rationem nullam habere. ſed tanquam torrens aliquis/quæcunq; ſors obtulerit ſine delectu: immergere: & cum gubernator non temere nauim uentis permittat ſed ad portum dirigat: Et ſagittarius ad ſignum: & faber & architectus finem aliquem ſuæ artis reſpiciat: nos ab huiuſmodi opificibꝰ in cognoſcendis rebus noſtris ſuperari. Neq; enim manualium operum finis aliquis/uitæ autē humanæ finis eſt nullus: quē intueantur hi qui bene uiuere quærunt. Quod ſi nulla ratiōe huc atq; illuc in uita iactaremur: quid inter nos atq; rates gubernaculis carentes intereſſet? Verum ut in muſicis gymniciſq; certaminibus eorundem ſunt exercitationes & p̄mia. Hæc ullus cum ſe paleſtra aut pancratio exercuiſſet: lyra deinde aut tibia certat. Neq; enim Polydamas id agebat. neq; milon. Sed alter ante olympicum certamen currus ſiſtebat currentes. Milon uero in clipeo uncto ſtabat nec depelli ab eo ulla ui poterat. Sed reſiſtebat: nō ſecus ac ſtatua quædā plumbo affixa. Quod ſi marſiæ aut olympi muſicā eſſent meditati relicto puluere atq; gymnaſio ſero coronas aut gloriam aſſecuti eēnt aut effugiſſent: ne corpora ſua deriſui haberent. Sed nec Thimotheus relicta muſica ſua in luctaminibus uerſabat. neq;.n. aſſecutus fuiſſet ut cunctis muſicis lōge antecelleret. Cui tantum ſuperat artis. ut quotiens libuiſſet animos hominũ & uehemēti harmonia accēderet. & rurſus molli ac placida leniret. Quippe aliquando cũ in Alexandri conuiuio cum cantum/quē phrygium appellāt: modularetur/uſq; adeo regem excitaſſe dicitur: ut ad arma capienda proſiliret. Atq; iterum ad comeſſatores epulaſq; reduxiſſe modulatione mutata. Tantas uires habet in muſicis gymniciſq; certaminibus ad finē ſuum directa exercitatio. Sed quoniam in coronarum atq; pugilum mentionem incidimus: ꝓſequemur aliquātiſper in ea re. Porro illi quadam incredibili laborum tolerantia uires adepti/cum infinitis ſudoribus in gymnaſio manarint innumeraſq; plagas in exercitatione tulerint. Victum autem non uoluptarium neq; iocundum/ſed quem magiſter ludi proſcripſerit. uictitarint. & in cæteris omnibus ne orationē ꝓtraham: ita inſtituti ſint: ut uita ante certamen acta meditatio fuerit certaminis: Tandem ſe nudant in ſtadio/& ſummo labore ac periculo decertāt. ut oleaſtri aut appii aut eiuſmodi corona donent/uictores/a/præcone buccinēt. Nos uero quibus premia uitæ noſtræ adeo mirabilia propoſita ſunt: ut nec magnitudo eorum dici poſſit: nec multitudo numerari in utranq; aurem ſecuri dormiētes/altera manu capere poſſe credemus. Permulti ſane etiam inertia. Et ſardanapallus ille primas omnium partes ĩ beatitudine feret: uel margites forte quē neq; aratorē neq; foſſorē. neq; cuiuſq; rei actorem fuiſſe Homerus ait. Si utiq; Homero credendũ potius q̄ Pitaco: q inquit. Arduũ eſſe bonum exiſtere. Mul

Milo ut ſtatua.

Thimothe9 muſicus.

Alexāder excitatus & ſedatus cantu.

παιδοτρίβη.

In utrāq; aurē dormiētes

Margites homericus.

tis enim laboribus ſuſceptis uix eorum bonorum compotem fieri cõtingit:quorum nihil in hac uita ſimile pauloante dicebamus. Non igitur deſidendum eſt nobis:nec pro breui uoluptate maximæ ſpes abiciendæ:niſi uelimus:& cõuitia pati/& pænas ſubire.non hic apud homines:q̄q̄ ne hoc quidem parum recte ſentienti.Sed aut ſub terra aut ubicunq; ſint illa iudicia.Nam qui nõ ex uolũtate delinquit:is forte aliqua dignabitur uenia.Q ui autem ex propoſito peiora eligit:nullam habet excuſationem.quin multiplici pœna afficiatur.Q uid igitur faciendum eſt dicet quiſpiam:quid aliud q̄ curam animæ habendam cæteris omnibus pro nihilo habitis.Non ergo corpori ſeruiendum:niſi quantum ſũma cogit neceſſitas.Sed anima bonis artibus imbuenda eſt:& ex corporum uinculis ac paſſionum ſocietate per philoſophiam eximẽda.illud præterea efficiendum eſt:ut corpus laborum patientiſſimum ſit.Ventri autem non ad uoluptatem ſed ad ſuſtentatiõem porrigendum.Nam qui ſemp cœnas atq; coquos mente agitant.Epularumq; gratia terras mariaq; perſcrutantur:miſerabili admodum ſeruitute præmuntur.Et grauiſſimo domino tributa pendunt. Nihil leuius pacientes q̄ hi qui apud inferos pœnas dant:uere ignem diuidẽtes:& cribro aquam ferentes & perfoſſum uas implere anhelantes/nullam finem laborum habentes.Tonderi autem aut amiciri ultra q̄ neceſſitas ſit:aut miſerorum eſt ſecundum Diogenem:aut iniuriorum.itaq; occupatum eſſe in corporis ornatu non minus turpe ducendum arbitror:q̄ aut pellicem eſſe aut adulterum. Q uid.n.refert homini gnauo Xyſtide amiciat̃: an uili aliqua ueſte/ dũmodo corpus ab intemperie tutetur.Q uod & in cæteris obſeruandum eſt:ne quid ſuperuacue moliamur:nec plus corpori tribuamus:q̄ animæ cõmodum ſit. Neq; enim minus turpe eſt uiro:qui uero hoc cognomine dignus exiſtat/nimiã corporis curam habere:q̄ ad aliam quãuis paſſionem effœminatũ eſſe.Omne porro ſtudiũ ponere:ut corpori q̄ optime ſit/Hominis eſt ſeipſum ignorantis. nec intelligentis illud ſapiens p̄ceptum:quod non id quod cernitur eſt homo: Sed opus eſt maiore ſapientia:ut quiſq; noſtrum quid tandem ipſe ſit poſſit agnoſcere.Verum.n.uero id aſſequi non expiata prius mente ĩpoſſibilius eſt:q̄ lippis oculis ſolem perſpicere.Expiatio autẽ animæ fit:ut & breuiter uobis ſimul & abunde dicam:per contemptum earum/quas nobis ſenſus porrigunt uoluptatum.Non igitur oculi paſcendi ſunt/abſurdis ſpectaculorum miraculis/nõ aſpectu corporum uoluptatis ſtimulos relinquentium nõ per aures ſonus ĩfundendus:qui animam corrumpere poſſit.Nã & nequitia & ignauia ex huiuſcemodi muſica gigni ſolet.Sed ea muſica recipienda eſt:Q ua uſus Dauid poeta ſacrorum carminũ regem(ut ferunt) ab inſania liberauit.Pythagoras etiam cum iuuenibus quibuſdam uino ſertis ſaltuq; p ciuitatem laſciuientibus obuiaret/iuſſiſſe dicitur ei qui modos tibia faciebat:ut mutata harmonia doricũ perſonaret.Q uod ubi factum eſt bacchantes illos adeo reſipiuiſſe ferunt:ut ſerta abiicerent:& rubore uultus uerecundiam confeſſi domum abirent. Tantũ in-

Non corpi ſeruiendũ.

τραπεζοποιοσ.

Occupatus ĩ corpis cultu.

ξυστισ

Non id hõ quod cernit̃

καθαρσισ ψυχησ

Muſica Pythagoræ. Doricum.

tereſt corrupta an ſalubri muſica impleare. Quãobrem ab hac quidẽ muſica quæ nunc in uſu eſt: non ſecus abhorrendum uobis cenſeo: q̃ a quauis feditate: iam uero eos uapores qui odoratum delectent aeri ĩmiſcere aut unguentis pungi etiam interdicere uobis erubeſco. Quid dicẽdum ẽ de his uoluptatibꝫ: quæ guſtu aut tactu fiunt. An dubitandum qn illæ quoq; eiuſmodi ſint: ut niſi quis eas caueat: Ventri ac fœmori ſeruire eos ueluti pectora compellant. Deniq; ut ſũmatim dicam uniuerſum corpus deſpiciendũ eſt: niſi uelimus in luto uoluptatum ſubmergi. aut certe tantum ei indulgendum: ut philoſophiæ ut inquit Plato miniſterium p̃ſtare poſſit. Eadẽ ferme Plato & Paulus monet: dum ait non oportere nos prouidentiam aliquam corporis habere ad uoluptates. Nam hi qui corpus optime curant: animã uero quæ eius ſeruitio uti debet negligunt. Hi nihil ab hiis differunt: qui ut organa q̃ optima habeant: ſũmo ſtudio conquirunt: artem uero cuius gratia illa organa ſunt comparata deſpiciunt. Prorſus igitur contra ſeruandum ẽ. Nam caſtigare corpus & compeſcere eius impetus uti ĩmanẽ quandam beluam oportet. & eiuſdem aduerſus animam temerarios motus rationis habena cohibere. Atq; ſedare: non autem frena uoluptatum remittere: & animæ curam abiicere: & inſtar aurigæ uiolentia equorum tracti deferri: & Pythagoræ meminiſſe: qui cum intelligeret quendam ex familiaribus ſuis cibis exercitationibuſq; ut pinguis fieret curare: Hic inqt non ceſſat moleſtiorem ſibi carcerem inſtruere. Quod genus moleſtiæ cum ſuſpicaret̃ Plato corpori ſuo impendere Achademiam inſalubrem atticæ locum ferunt ex induſtria delegiſſe. Vt pluſ q̃ bona habitudo corpis ceu uitis nimia luxuries ob eam rem amputaret̃. ipſe quoq; iam audiui ex medicis ſummam corporis ualitudinem periculoſam eſſe. Cum igitur hæc nimia indulgentia & ipſi corpori inutilis ſit: & animæ impedimentum afferat: in ea re ſtudium ponere manifeſtiſſima eſt inſania. Quod ſi corpus continere aſſuefacti eſſemus: Parum cætera huius uitæ admiraremur. Quid enim tibi opus eſſet diuitiis? ſi uoluptates corporis aſpnarere. Equidem non uideo niſi forte quem iuuaret. Vt in fabulis de draconibus fertur: reconditos theſauros uigilando cuſtodire. Qui autẽ ad hæc contemnenda ingenue eruditus eſſet: plurimum ab omni facinore & uerbo & opere abhorreret. Et quicquid ultra ſufficientiam foret: ſiue id lydia gleba eſſet ſiue formicarum auriferarum opus tanto magis deſpiceret: quãto minus indigeret. Sufficientia autem ipſa non libidine uoluptatum. Sed naturæ neceſſitate definienda eſt. Nam qui excedunt neceſſitatis terminos ſimiles ſunt his: qui præcipites deferuntur nihil ſtabile inuenientes: ubi poſſunt conſiſtere nullum terminum præcipitationis habentes. Sed quanto plura amplectuntur tantidẽ aut etiam pluris indigent ad uoluptates implẽdas. Diuitiarum enim (ut ait Solon) nullus eſt terminus. Verum ad eam rem Theognide magiſtro utendum: qui ita inquit. Neq; diuitias cupio: neq; uoto præcor: ſed mihi contingat ex paruo uitam agere omni carentem moleſtia. Porro non ſine beniuolentia quadã

Odoramenta.
Voluptates guſtus & tactus.
Corpus curant aĩam negligentes.
Rationis habena.
Dictum Pythagoræ ĩ corpulentiam
δεσμοτηριον.
Academia ĩ ſalubris
ευεξια σφαλερα
χρεια φυσεωσ αναγκαιοισ ορειται.
πλουτων ουδεν τερμα.
Scitũ theognidis.
ουτ ερα μαι πλουτειν ουτ ευχομαι.

mihi in mentem uenit Diogenis ſententia:humana omnia ſimul contemnen- ὑπεροψια
tis:qui magno rege ditiorem ſe prædicabat:quod ipſe neq; paucorum indige-
ret.At nobis niſi Pythiæ myſii adſint talenta & infinita ſoli iugera/& numero Διογενουσ.
ſa armentorum examina nihil ſat erit.Oportet autem ut ego quidem arbitror πυθιου τα
nec abſentes diuitias optare:nec præſentibus gloriari:niſi quantum ſcias uti.ſa λαντα
pienter enim Socrates : qui cum uideret hominem diuitiis affluentem eaq; de Socrates ad
cauſa & faſtidio quodam gloriabundum uadere nõ prius inquit te admirabor: diuitem.
q̄ notum mihi fuerit:quo pacto ſcias uti fortunis tuis.At uero Phidias Policle-
tuſq; ſi auro ſiue ebore gloriati eſſent.Ex quibus alter helienſibus Iouem alter ηλειοισ.
Iunonem argiuis effinxit:ridiculi haberentur aliena bona ſibi gloriæ fore pu-
tantes.Propriam uero artem qua illud aurum præcioſius factum eſt ſilentio p̄- ανθρωπι
tereuntes.Nos autem humanam uirtutem non ſatis decoris ipſam per ſe habe νη αρετη
re arbitrantes minori repræhenſione dignos eſſe putabimus.At diuitias quidẽ
contemnemus:uoluptates deſpiciemus.Verum blandicias & adulationes ſe- κολακειαι
ctabimur:& Archilocheæ uulpis calliditate multiplicitateq; gaudebimus. At αλωπηξ
nihil eſt:quid æque fugere debeat ſapiens q̄ ad oſtentationẽ uiuere:& popula- αρχιλοχου
res auras ſequi.Non autem ueram rationem uſq; adeo ducẽ iubendi habere:ut
etiam ſi oẽs homines reclamẽt:nihil mutet eoꝝ:quæ recte inſtituerat.etiã ſi in-
famiam uel pericula ſubire pro recte factis neceſſe ſit. Nam q aliter inſtitutus
eſt:is nihil differre uidetur ab ægyptio ſophiſta.Qui & arbor fiebat:& aqua & αιγυπτιοσ
fera:& quicquid liberet.Si quidem ipſe quoq; modo laudabit iuſtitiam : ſi id σοφιστησ
placere audientibus intelliget:modo eam uituperabit.Si his apud quos loqui-
tur:iniurias eſſe gratas cognoſcet.Et quod proprium aſſentatorum eſt:ut Poly
pus ad ſpeciem ſubiecti ſoli colorem permutat.ita & ipſe ad uoluptatem audiẽ Polypus mu
tium uariabit ſñiam.Sed hæc in noſtris libris diſcemus perfectius.In præſen- tat colorem.
tia uero umbram aliquam uirtutis deſcripſimus ex his extraneis doctrinis.

Qui enim diligenter e quauis re cogunt utilitatem: & ſi minutatim id agant: Heſiodus.
tamen ut magna flumina multa ex multis locis accipiunt incrementa. Nam id σμικρον
quod inquit poeta:ſi paruum paruo ſuperaddas:idq; frequenter facias:non ad επι σμικρω
pecuniæ duntaxat augumentum dictum fuiſſe putandum eſt:Sed ad cuiuſuis
ſcientiæ.Bias quidem igitur unus ex ſeptem ſapientibus filio ſuo ad ægyptios Sapienter.
proficiſcenti rogantiq; patrem/quidnam agendo maxime ſibi gratum faceret. bias.
Si uiaticum inquit ad ſenectutem compares : uirtutem nimirum pro uiatico εφοδιον
intelligens.Sed arctioribus terminis illam circunſcribens utpote qui eius uti- προσ γηρασ
litatem humanæ uitæ ſpacio diffiniuit.Ego autem ſiue quis Tithoni ſenectu- αρετη.
tem ſiue uiuaciſſimi apud noſtros Mathuſalem:qui mille annos minus trigin μακροβιω-
ta dicit̃ uixiſſe:Si deniq; uniuerſum tẽpus ex quo fuerũt hoĩes metiat̃ : ridebo τατοσ
puerilẽ eius ſñiam contẽplans longum & inſeneſcibile ſeculum:quod quidem αγηρω αιω
tale eſt. Vt queãdmodum immortalis animæ ita etiam illius ſeculi nullum να.

παροιμια παντα λιθον κινουντεσ

finem mens poſſit concipere. Ad quod ut uiaticum paremus, omnis lapis ut dicunt mouendus eſt. Vnde aliqua utilitas ad eam rem ſit nobis futura. Non igitur quia ardua ſunt hæc & laborioſa iccirco torpeſcemus. Sed memores illius ſententiæ. Oportere uidelicet unũquéq; uitam probatiſſimam eligere. Expectare autem ut conſuetudo faciat illam iocundam atq; dulcem uideri: ea ſequi aggrediemur. Turpe eſt enim cum tempus per ſocordiam abierit. Tum demũ illud reuocare. cum præter dolorem nihil ſit amplius uocanti rediturum. Ego igitur quæ optima eſſe rebar: partim nunc uos admonui: partim omni uitæ tempore admonebo.

τρια αρρωστηματα.

Vos autem cum tria ſint morborum genera: Vtinam ne uos ei ſimiles præſtetis: quod inſanabile eſt. Neu ita mente ægrotetis ut pleriq; ſolent corpore egrotare. Nam hi qui parua inualitudine anguntur: ipſi proficiſcũtur ad medicos. Qui uero grauiori morbo præmuntur ad ſe curãtes accerſunt. At hii q in atram bilem inſanabiliter tranſuecti ſunt: nec uenientes quidẽ medicos recipiunt: quos uos non patiamini nunc recta conſilia aſpernantes.

τελοσ.

BASILII ORATIO DE INVIDIA E/GRAECO IN LATI/NVM CONVERSA PER NICOLAVM PEROTVM INCIPIT.

Onus eſt deus:& bono℞ merentibus largitor. Malus diabo/
lus:& oīum malo℞ auctor. At ſicuti bonus nemini unq̄ inui/ Diabolus in
det:ita diabolus continuo liuore uexatur. Fugiamus igit̄ fra/ uidus.
tres affectum inuidiæ. ne ope℞ aduerſarii noſtri ꝑticipes fia/
mus:neue eiuſdē criminis rei peragamur. Etenim ſi elatus ſu
perbia in diaboli iudiciū incidit:quo pacto īuidus ꝑparatam Inuidia cri/
diabolo pœnā euitare poterit? Inuidia.n. nullū ꝑnitioſius crimen humanis ē in mē ꝑnitioſū.
genitū mentibꝰ. Q uod licet īuidioſo nullā afferat moleſtiā. Præcipuū tñ & in/
teſtinū inuidi malū ē. Nā ſicut rubigo ferrū:ita inuidia aīum hoīs ubi inſita ē: Inuidia ut ru
conſumit. Vel potius quēadmodū uiperas tradunt uētre/in quo genitæ ſūt cor bigo.
roſo naſci. eodē mō liuor opꝑſſum exædit aīum. Inuidia.n. eſt dolor ex ꝓximi
cōmodo ꝓueniens. Q uapp neq; curæ neq; ſollicitudines inuidū ullo tpe deſe/
runt. Fertilis ē uicini ager. Affluit oībꝰ ad uictū neceſſariis domus. Honos ui/
ro nō deeſt. Hæc oīa alimentū morbo miniſtrāt. & ſolicitudinis q̄dā additamē
ta ſunt inuido. Q uapp nihil differt ab hoīe nudo:q ab oībꝰ cædat̄. Fortis ē qſ/
piam? inoffenſa ualitudine. Hoc īuidum macerat. Alius ob pulchritudinē ē iu/
cundior. Hæc alia inuido plaga. Hic uirtute:prudentia/dicendi uiribus multis
antecellit cōſpicit̄ ab oībus. In admiratione habet̄. Alius diues:honoratus:i dā
dis muneribꝰ ſplendidus:inferendo indigentibꝰ ſubſidio liberalis. ideoq; ma/
ximā apud eos:quos ſibi bñficiis deuinxit:laudem cōſecutus fuit. Hæc quoq;
quaſi q̄dam uulnera medium liuidi hominis inficiūt pectus. Eſt & illud in hac
ægritudine moleſtiſſimum. ꝙ dolorem ſuum detegere nemini poteſt. Sed defi
xos in terram tenens oculos dirumpitur dolore:& ægritudine cruciatur. interro Pudet fateri
gatus uero quo morbo tantopere perturbetur:pudet eum diuulgare calamita/ ꝙ īuidus ſit.
tem ſuam:ꝙ inuidus ſit:ꝙ ſollicitus:ꝙ ob fortunas amici concipiat animo do/
lorem. ꝙ fratris fœlicitatem queratur. Deniq; ꝙ bonorum alterius aſpectū pa/
ti nō poſſit. Sed proximi ſui commoda ſuam faciat calamitatem. Hæc enim di
ceret inuidus. Si uera loqui uellet: At quando hanc nemini æqualium detege/
re poteſt/in profundo pectoris ægritudinem fouet:quæ uiſcera eius exædit:cō
ſumitq;. Q uapropter nec medicum eius ægritudinis inuenit:nec medinam ad
id genus morbi conducibilem reperit. q̄q̄ nonnulla de huiuſmodi medicamen
tis ſcripta extent. Sed ſemper unum eius ægritudinis remedium expectat. Vt Odii termi/
aliquem ex his:quibus inuidet:ruentē cernat. Hic odii terminus eſt/inuidioſū nus.
aſpicere e/fortunato īfœlicē factū:Et eū/q ātea oībꝰ erat cōſpicuus:calamitoſū
uideī. Tūc lætat̄:cū illū lachrymātē cernit:cū ruētē ītuet̄:& fortunato quidem

nequaq̃ gratulat̃. Infœlici uero ſocias iungit lachrymas/& mutationẽ uitæ e/q bus in quæ redactus ſit: una quærit̃ non ob humanitatẽ/miſericordiãq; p̃terita uerbis extollens/ſed ut grauiorem illi faciat calamitatẽ ſuam. Filium poſt obi/ tum laudat: & ĩnumeris ornat præconiis: q̃ bonæ indolis fuerit: q̃ ingenioſus: q̃ in oĩbus rebus agendis idoneus. Cuius laudes dum uiuebat: nunq̃ ſũmis labiis attigiſſet. Quod ſi cõplures ei rei aſſentiẽtes cernat. mutata ſnĩa rurſus ĩuidet mortuo. Diuitẽ poſt occaſum eius admirat̃: pulchritudinẽ corporis robur/bo/ nam ualitudinẽ. Poſtq̃ in ægritudinẽ quis inciderit: laudat extollitq;. In ſũma p̃ñtium qdem hoſtis: p̃ditoꝝ amicus eſt. Quid igit̃ hoc morbo pnitioſius: cor/ ruptio uitæ: p̃ditio naturæ: inimicus eaꝝ rerum: quæ nobis a deo cõceſſæ ſunt. Ipſi deo contrarius ẽ. Quid principiũ illud maloꝝ oĩum demonem in inimici cias cum humano genere impulit? Et nempe inuidia: ob quã dei hoſtis manife ſte dep̃hẽſus ẽ. Deo qdẽ iratus ob bñficẽciã eius erga humanũ genus. Ipſum ue uero hominẽ/quando deũ nõ poterat/infeſtans. Hæc eadem feciſſe uidet̃ Ca/ yn quoq; primus demonis diſcipulus/& inuidiã atq; homicidiũ ab ipſo edo/ ctus germanas iniquitates. Quas paulus quoq; cõiunxit. Cũ diceret repletos ĩuidia homicidio. Quid igit̃ fecit: uidit illũ a deo honoratũ: atq; peremit. ut ho norantẽ offenderet. Cũ.n. ad oppugnandũ deum minus idoneus eẽt: ad peri/ mendũ fratrẽ conuerſus ẽ. Fugiamus quæſo frẽs hanc ægritudinẽ magiſtrã ini miciciaꝝ cum deo. homicidii matrẽ: confuſionẽ naturæ: affinitatis ignorationẽ irrationabilẽ calamitatẽ. Quid doles homo: cũ nihil moleſti paſſus ſis? Quid ſi cui boni qdpiã ſors conceſſerit graui feres aĩo? cũ nihil tuis detrahat̃ bonis. Quid ſi eũ q de te bñmeritus ẽ: odiſti. Nõne tuæ ipſius inuides utilitati? Qua lis erat Saul. qui multitudinẽ illã acceptoꝝ beneficioꝝ cauſam uoluit eẽ inimi ciciaꝝ cõtra Dauid. Et.n. principio qdẽ ſuauiſſima illa harmonia/& diuina mu ſicæ furiis liberatus/haſta liberatorẽ ſuũ traiicere conatus eſt. Deinde uero una cũ uniuerſo exercitu a manibꝯ hoſtiũ redemptus: & ſi ingentem illum propter Goliath pudorẽ euitaſſet. Tamen qñ decuplũ laudis a/cantãtibꝯ ſaltatriculis Dauid tribuebat̃/dicentibus percuſſit Saul mille/& Dauid decem millia. Ob hanc unam uocem & ipſa ueritate comprobatum teſtimoniũ. Primo homicida fieri: ac per inſidias illũ interficere conatus eſt. Deinde cum profugum feciſſet non tamen iccirco inimiciciarum finem fecit. Sed tandem coacto exercitu cum tribus millibus electorum aduerſus illum profectus omnem prouinciæ ſolitu dinem luſtrauit. Quod ſi quis inimiciciarum cãm percunctatus fuiſſet. reſpõ/ diſſet profecto eius ſe uiri meritis ad id compulſum eẽ. qui quo tempore illum p̃ſequebat̃ in ſomno comp̃henſus paratus morti/obiectus hoſti: rurſuſq; a/ ui ro iuſto ac ei manus inferre uolenti liberatus: neq; hoc bñficio ad miſericordiã inclinatus eſt. Sed rurſus compauit exercitum: rurſus illũ p̃ſecutus fuit. donec iteꝝ intra ſpeluncã captus illius qdẽ uirtutẽ ſplendidiorẽ reddidit. Suam uero peruerſitatem fecit apertiorem. Intractabilis inimiciciarum ſpecies inuidia eſt.

Natura inuidi.

Inuidia demonis.

Cayn

Egritudo magiſtra inimiciciarum.

Saul ĩuidus.

Saul mille Dauid.x. milia.

Q ui enim alia causa diſſident:mitiores interdum beneficiis fiunt.Inuidi uero & male morati homines magis excãdeſcunt.Q uo enim maiora ĩ ĩuidum merita conferuntur:eo magis dolet:turbatur ægro fert aĩo.Plus nãq; doloris ob facultatem bñficii ſuſcipit q̃ ob collata in eum bñficia uoluptatis.Q uã ferã moꝝ peruerſitate non ſuperant? Q uod adeo agreſte animal ĩmanitate non uincũt Canes apud nos nutriti mitiſſimi ſunt. Leones a/nobis educati manſuefiunt. Inuidi uero beneficiis importũniores redduntur.Q uid generoſum illum Ioſeph in ſeruitutem redegit.Nempe inuidia fratrum.ubi admirari licet:q̃ rationis expers hæc egritudo ſit. Cum enim exitum ſomniorum timerent: ſeruum fecerunt fratrem ſuum/perinde ac ſi ſeruus nullo tempore adorari poſſet. Atq ſi uera erant ſomnia/quo pacto exitus illorum propulſari poterant. Sin falſæ uiſiones/q̃obrem decepto inuidebant.Iam uero illorum ſapientia in ſe ipſos recidit.Q uibus enim artibus uitare futura poſſe rati fuerãt:his apertum futuris iter præbuere.Niſi enim ueniſſet: nunquã inuincula coniectus fuiſſet nunquã cum miniſtris pharaonis familiaritatẽ iniiſſet.nunq̃ ſomnia rimatus eẽt.Q ui/bus rebus egypti principatum obtinuit:& a/fratribus/qui ad eum ob penuriam frumenti uenerant:adoratus eſt.V erte cogitationem tuam ad maximam omnium inuidiam.& quæ in maximis cõtingit. Hæc profecto contra ſaluatorem e/iudeoꝝ inſania progreſſa eſt.At q̃obrem illi inuiderunt.Nempe ob miracula eius:quæ miracula erant.Indigentium ſalus:nutriebantur eſurientes: & nutriẽtem pſequebant̃.Reſurgebant mortui:& uiuificanti inuidebãt.Expellebant̃ demones:& expulſori inſiabant̃:mundabant̃ leproſi:claudi ambulabãt:audiebant ſurdi.& cæci uidebant.At bñficus ipẽ fugabat̃.tandẽq; eum/ q uitã mortalibus gratificatus fuit:neci tradiderũt/redemptorẽ hominum uerberantes: & iudicem orbis pagentes reum.Ita ad oẽs inuidiæ mala puenere.Et hoc uno telo a/principio orbis uſq; ad finem ſeculi humanæ uitæ hoſtis diabolus uulneratos pſtratoſq; pdere nitit̃.hic noſtris calamitatibus gaudet.hic ob inuidiã decidit.& ut nos quoq; eodẽ crimine ruamus oẽs adhibet machinas.Q uapp ſapiẽtiſſimus uir merito nos hortabat̃:ut inuidoꝝ conuiuia fugeremus:p eam quæ in conuiuis haberi ſolet.familiaritatẽ oẽm uitæ conſuetudinẽ intelligẽs.Q uẽadmodũ ſũmã adhibemus curam:ut aridos ſurculos longius ab igne ãmoueamus.ita pro uirib⁹ ad nitendũ ẽ.ut inuidoꝝ amiciciã cõſuetudinẽq; fugiamus. extra inuidiæ tela ſiſtentes.Neq;.n.aliter inuido uti poſſumus:niſi ipſius ſimiles fiamus.q̃nquidẽ iuxta Salomonẽ uiro emulatio a ſocio eius. Et pfecto ita ſe habet.Nõ.n.egyptio inuidet ſcytha:ſed gẽtilis ſui unuſq; emulus ẽ. Er ex gẽtilib⁹ qdẽ ignotis nemo ĩuidet.ſed notis & his qdẽ uicinis/ aut eodẽ q̃ſtu aliaue ſimilitudine ſecũ cõiũctis.ex his uero coetaneis maxĩe & ppinqs & frib⁹.at ſicuti ærugo pcipua ẽ fruměti calamitas:ita ĩuidia ĩteſtinus amiciciæ morb⁹.cæteꝝ illd ĩ hac ægritudĩe laudaret qſpiã.Q d quo uehemẽtius ĩuidia afficit̃ aliqs eo maiorẽ ſuſcipit moleſtiã.Et queadmodũ ſagittæ: quæ uelotius emittuntur

Inuidia fratrũ contra Ioſeph.

A fratrib⁹ adoratus

Inuidia iudeorum ĩ ſaluatorem.

Nõ ægyptio ĩuidet ſcytha

Ignotis nemo inuidet.

ſi firmum aliquod durūq; īuenerunt obſtaculum:in eum a/quo emiſſæ ſunt:re
Inuidiæ tela in inuidum.
pellūtᷣ.ita inuidiæ tela/cū nihil īuidioſo obeſſe poſſint īuido plagas inferūt.Nā
quis unq̄ quātūlibet ſe crutians tantillū ꝓximi ſui bonis detraxit.Et q̄q̄ ſe ipm
quaſi liquefactus dolore conſumpſerit:iam uero & ipſis ſerpentibꝰ pnicioſio/
Virus ſerpē/tium.
res hñtur inuidi.Si quidē ſerpentes per plagas emittunt uirus.Quod putre/
ſcentia uulnera paulatim exædit.Inuidos uero ſunt:qui putēt etiā ipſo aſpectu
Inuidi aſpe/ctu noxii.
nocere.Et iccirco bonæ interdū habitudinis corpora:quibꝰ illi inuideāt:extin/
gui:& eoꝝ ſplendorē elangueſcere.ac ſi pnicioſa aliqua grauedo ex inuidorum
oculis flueret.qua mortaliū corpora infecta corruptaq; redderetᷣ.Ego uero hāc
opinionē tanq̄ uulgarē ptranſeo.Taleq;/qualē uetulæ/mulierculis narrare ſo/
lent.Illud affirmo infeſtū probis hoībus demonē.Si quando optiones homi/
num ſuarum ſimiles reperit.ipſas ad libidinē ſuam tractare.itaq; oculis morta
lium quaſi ſuæ uoluntatis miniſtris uti.Ad hæc nō horres te ipſum ſeruū face
re pnicioſiſſimi demonis.Sed uitiis inquinari te pateris.quibꝰ hoſtis fias eorū.
q nullā tibi iniuriam intulerūt.Hoſtis dei boni & nullo liuore pturbati.Agite
fugiamus hoc adeo intolerabile malū.ſerpentis admonitio eſt inuentio demo/
nis.ſatio inimici:Arrabo pœnæ impedimentū pietatis.Via ad ignē æternū.pri
Color inui/doꝝ.
uatio regni.Quid ꝙ & ipſo aſpectu inuidi diſcernuntᷣ?Oculi eoꝝ atri ſūt.atq;
obſcuri.Genæ pallidæ:Turbida ſupcilia:animus pturbatione diruptus uerita/
tis iudicium de rebꝰ nullū habens.nō uirtus apud illos laudabilis ē.non dicen/
di copia honeſtate ac grã pfulgens:non aliud quidpiā/eaꝝ reꝝ:quas ſequi/ad/
Vultures
mirariq; ſolemus.ſed queadmodū uultures ſolent ad putreſcentia cadauera in
paſtus diſcurrere cōplura prata/cōpluris amænos atq; odoriferos agros ſupuo/
Muſcæ ad ulcera.
lantes:& ueluti muſcæ inſueuerūt integras corporis partes ꝑtermittentes ad ul
cera ſeſe conferre:eodē modo inuidi ſplendorē uitæ/& rerum geſtaꝝ magnitu
dinē ꝑtermittentes hoīum dūtaxat uitiis īmorantᷣ.Quod ſi a recto nonnunq̄/
quod ſæpe mortalibꝰ accidit/deflectere uideantᷣ.Hoc diuulgant.& p eas res il
lorū uitam eē in apto ūolunt:ignaris pictoribꝰ ſimiles.Qui p obtortū naſum
aliāue huiuſmodi cicatricē/aut naturalem aliquē defectū/aut caſu ſupuenien/
tem eoꝝ:quos effingere conantᷣ:formam oſtendūt.Ad id accedit:ꝙ qbuſdam
Vitia uicina uirtutibus.
tranſmutationibus ad malum laudabile ſubuertunt.Et per uicia uicina uirtuti
bus calumniantur.Fortem uirum/temerarium uocant.Temperantem/aſpe/
rum:iuſtum/immanem.Prudentem/uerſutum.Magnificum/uentoſum no/
minant.Liberalem prodigalitatis/parcum auaritiæ accuſant.In ſumma omni/
bus uirtutis ſpeciebus nomina imponunt/ab oppoſitis uitiis mutuata.Quid
igitur an in accuſatione huius mali orationem terminabimus? Hæc uero
medicinæ quaſi media pars eſt.Neq; enim inutile uidetur.ſi quis egroto mor/
bi ſui magnitudinem ante oculos ponat:quo diligentiorem eius rei ſuſcipere
curam poſſit. At ſi quis eum hoc in loco nondum priſtinæ incolumitati re/
ſtitutum relinquat.nihil aliud agit:q̄ ſi egrotantem in morbo miſſum faceret.

Quid igitur? Quo pacto hanc egritudinem aut principio euitabimus: aut deinceps in eã prolapſi propellemus. Si a primordio nihil magnũ, nihil excellẽs in rebus humanis eẽ nobis pſuaſerimus. non hominũ diuitias: non fragilẽ gloriam: non bonam corporis habitudinẽ. Neq; .n. in rebus adeo mométaneis fœlicitatem conſiſtere definimus. Sed ad æterni ueriq; boni participationẽ uocamur. Quapp non diues ob diuitias admirandus: non potens, ob ſplendorẽ & amplitudinẽ ſuam: non fortis ob robur corporis: non ſapiens ob copiam uerborum. Hæc enim inſtrumenta uirtutis ſunt. Si qui ipis bñ utatur. At nullã in ſe beatitudinẽ continent. Quicunq; igitur his male utitur: non ſecus miſer iudicandus eſt: q̃ qui gladio, quẽ in tutelã corporis ſui acceperat: ultro ſeipſum uulnerauerit. Qui uero bene & ſecundũ rectam rationẽ pſentia tractat. Quiq; diſpenſator eſt eaꝝ reꝝ. quæ ſibi a deo colatæ ſũt. neq; in ppriũ ſolũmodo uſum theſauros cumulat. Is laude beniuolentiaq; dignus eſt. & ob amorẽ eius erga pximum & ob mores ſuauiſſimos. Quo circa ſi prudentia pſtat quiſpiam. Si diuino ſermone clarus habetur. noli illi continuo inuidere. noli unq̃ tacere ſacrarum litteraꝝ interptem: Si quis ſpiritus ſancti gratia acceptus eſt: laudemq; ab audientibus conſequitur. Tuum enim bonum ẽ. Et tu propter donum doctrinæ miſſus es. Si ſuſcipere aliquid uelis. Præterea ſcaturientem fontem nullus eſt q tegat: obradiantẽ ſolem nemo ſibi oculos obnubit. nemo inuidet. Sed ad uoluptatem ſuam unuſqſq; illis fruit͛. Spirituali uero ſermone in eccleſia dei. ſcaturiente & pio corde e ſpiritus ſancti donis effluente nequaq̃ lætas adhibes aures. Sed audientiũ plauſus tibi moleſti ſunt. Velleſq; nec qui fructũ pciperet adeſſe queq̃: nec qui laudaret. At qualem hæc apud iudicem aĩaꝝ nr̃aꝝ excuſationẽ habere poterunt? Igitur naturæ bonũ fateri oportet, aĩ bonum eẽ. Qui uero diuitiis floret: potentia, ualitudine corporis recteq; his utitur. eũ amare tueriq; debemus tamq̃ cõia habẽtẽ uitæ inſtrumenta. Ea. n. ſecundum rectã rationem partit͛ diuitiarũ copia: habũde ſubminiſtrans, & corporis obſeqo laborãtibus pſidium ferens. Cæterã uero oẽm ſubſtantiã nõ magis ſuam q̃ cuiuſlibet ægeni iudicans. Qui uero in huiuſmodi rebus aliter ſe habet: is miſer potius q̃ inuidia dignus exiſtimandus eſt: utpote maiorem ad male agendũ oportunitatem nactus. Nãq; id nihil aliud eſt: q̃ ob maiorẽ copiam habũdantiaq; perire. Si igitur ad iniuſticiã q̃ſi quoddã uiaticũ diuitiæ ſunt. Profecto miſer ẽ diues. Si uero ad uirtutẽ cõducibiles: nullũ apud diuites ĩuidia locum habet.. Cũ ĩ cõmunẽ oĩum uſum diuitias pferat: niſi quis forte ita pfidus ẽ: ut ſibi quoq; ipſi bonoꝝ gr̃a inuideat. Quod ſi pauliſp humanas res cogitatiõe relinquas: & ad ueꝝ illud ac laudabile bonũ mentẽ erigas: longe magis uereberis aliquã e terrenis iſtis & corruptibilib9 reb9 fœlicẽ aut admiratione dignã iudicare. Quiſqs igit͛ ita uiuit: ũt uagis iſtis ac mũdanis rebus minime ſit ĩplicitus. Is ut in ĩuidiã incidat: fieri non põt. Si uero oĩo gloriæ auidus es: & q̃plurimis pſtare cupis: ac iccirco q ſecundus ſis: æquo aĩo ferre non potes. Eſt enim hæc quoq; præcipua inuidiæ cauſa.) ad exercitationẽ uirtutum ambitionẽ tuam tamq̃ ad profluẽtẽ

Scaturiẽtem fontẽ nullus regit

Diuitiæ uiaticũ ad iuſtitiam.

quēdam riuum conuertito.neq; prorſus quacunq; ūia diues fieri optato.neq;
mundanis duntaxat operibus illuſtris:Hæc enim in tua poteſtate nō ſunt.Sed
iuſtus eſto.ſed temperans:prudēs:fortis/& in his quæ ad diuinam religionem
pertinent:patiens.Sic enim & te ipſum ſaluū feceris:& in maioribus rebus ma

Virtus ī nobis

iorem gloriā conſequeris. Virtus enim in nobis ipſis eſt:& a ſtudioſis eius poſſideri facile poteſt.Habundātia uero pecuniarum:pulchritudo corporis dignitatum ſplendores in noſtra poteſtate nō ſunt.Q uapp̄ ſi uirtus ꝙ præſtabilius bonum eſt/& æternius:ac omnium confeſſione principatum tenens ipſa nobis ipſa quærenda eſt.Hæc uero animo noſtro inſita eē nullo modo poteſt:niſi cū ab omni alia labe tum uel maxime ab inuidiæ perturbatione purus ſit. Non ui

Hipocriſis

des q̄ grande malum ſit hipocriſis? At hæc inuidiæ fructus eſt. Morum enim duplicitas inuidiæ precipuæ gratia inter mortales reperiri ſolet.Si quidem odium in profundo pectoris ſubſtinentes caritate coloratam ſuperficiem præ ſe ferunt:ſcopulis profecto ſimiles.qui breui unda tecti malum prouidis nautis inſperatum obiiciunt.Q uapropter ſi mors illinc aduerſus nos uelut ex fonte ꝓfluit/bonorum omnium priuatio:alienatio dei.confuſio diuinæ legis/& omnium:quæ in hac uita ſunt:bonorum euerſio. Credamus apoſtolo : neq; efficia-

Apoſtoli ſententia

mur inanis gloriæ cupidi :inuicem ꝓuocantes:inuicem inuidentes.Sed potius benigni:miſericordes:donantes inuicem : ſicut & deus donauit nobis.

τέλοσ.

Bib Fict
Incun
1497
.C45
c.1
Quarto

12925

collaz. : 36 ff. nn. (a-b_6, c-f_4, g_8). Mancano gli ultimi due ff. (h_1 e h_2), contenenti il "de invidia & odio" di Plutarco.

Hain, 4847. BMC, VI, 843. Goff, C-376. Manca a Wellcome e Walleriana. Riccardi, I, 336.